S-ES-M[oscow]
S678,211

HARVARD UNIVERSITY



LIBRARY

OF THE

Museum of Comparative Zoölogy

NOUVEAUX MÉMOIRES

DE LA

SOCIÉTÉ IMPÉRIALE


DES

NATURALISTES

DE MOSCOU.

TOME IV.

LIBRARY
MUS. COMP. ZOÖLOGY,
CAMBRIDGE, MASS.


344
47-6

NOUVEAUX MÉMOIRES
DE LA
SOCIÉTÉ IMPÉRIALE
DES
NATURALISTES
DE MOSCOU,

DÉDIÉS

A

S. M. L'EMPEREUR NICOLAS I.

TOME IV.

AVEC 13 PLANCHES.

FORMANT LE TOME X DE LA COLLECTION.

Moscou,

DE L'IMPRIMERIE D'AUGUSTE SEMEN,

IMPRIMEUR DE L'ACADÉMIE IMPÉRIALE MEDICO-CHIRURGICALE.

1835.

ПЕЧАТАТЬ ПОЗВОЛЯЕТСЯ

съ тѣмъ, чтобы по отпечатаніи представлены были въ Ценсурный Комитетъ *три* экземпляра. Москва, Января 25 дня 1835 года.

Ценсоръ *Болдыревъ.*

ADDITAMENTA ENTOMOLOGICA

AD

FAUNAM ROSSICAM

IN ITINERIBUS

JUSSU IMPERATORIS AUGUSTISSIMI

annis 1827 – 1831 a Cl. Ménétriés et Szovitz susceptis collecta, in lucem edita

AUCTORE

FRANCISCO FALDERMANN.

PRÆFATIO.

Studium entomologiæ annis nuperrime præterlapsis reliquas disciplinas in Europæ regionibus fere omnibus longe superavit. Qui progressus moverunt IMPERATOREM NOSTRUM SAPIENTISSIMUM, ut temporibus variis in remotissimis Rossiæ regiones mitteret viros, ad naturæ thesauros explorandos. Quem in finem Szovitz, vir rei herbariæ addictissimus, IMPERATORE NOSTRO POTENTISSIMO JUBENTE, copias nostras victrices in Oriente comitatus est, (anno 1827) ut regiones illas parum cognitas, respectu botanices perscrutaretur. Inde factum est, ut hortus botanicus Petropolitanus magnam et seminum et plantarum copiam ab eo acciperet. *Horas, a negotiis liberas* quas habebat paucas, consecravit Entomologiæ, ita ut, non parum conferret, ad hanc historiæ naturalis partem promovendam. Itinere vero, in Mingreliam facto, febri correptus, parvulo in pago prope *Rutais* sito, diem obiit supremum (21 Aug. 1830). Multum vero temporis ante obitum ejus, nimis maturum, cum eo conveneram, ut objecta entomologica, ab eo detecta, in ordinem redigerem et publici juris facerem; quod perfeci multa cum voluptate. Examinatis novis a me publicandis speciebus composui, ope, illustrissimorum comitum Mannerheim et Dejean, virorum longe doctissimorum, descriptiones exactissimas hodierno hujus disciplinæ statui accommodatas, opus, quod anno 1832 ad finem perduxi.

Jam in eo fui, ut manuscriptum publici juris facerem, cum celeberrimus Ménétriés ab itinere, JUSSU IMPERATORIS per provincias Asiaticas limitrophas suscepto, redux factus est, magnam objectorum zoologicorum copiam reportans. (Vide *Catalogue raisonné des objets de zoologie recueillis dans un voyage au Caucase et jusqu'aux frontières actuelles de la Perse, entrepris* par ordre de S. M. L'EMPEREUR par Ménétriés. St. Pétersbourg. 1832. 4.) Tunc, consilium cepi, omnes novas Coleopterorum species, in itinere ab eo collectas, cum collectione Szovitziana conjungendi, ut eas, sicuti producta unius ejusdemque regionis in unum colligerem fasciculum. Ad hoc perficiendum mihi opus erat multorum annorum et tempore et labore.

Primus fasciculus continet omnes novas species Coleopterorum hujus utriusque expeditionis, JUSSU IMPERATORIS susceptæ, usque ad Heteromera. Fasciculum secundum, qui hoc opus finiet et jam absolutus, typographum expectat, parvo temporis spatio publici juris faciam.

F. FALDERMANN.

St. Petropoli.
2 Dec. 1835.

COLEOPTERA

PERSICO-ARMENIACA.

COLEOPTERA
PERSICO-ARMENIACA
I. PENTAMERA,

1. *Carabici.*

1. CICINDELA *caspia* MÉNÉTRIÉS.

Subparallela, supra obscure-cuprea, subvirescens; lunula humerali apicalique integra, fascia media undulata, albis, dilatatis.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue. *) p. 94. n. 289.

Cicindelæ Sahlbergii valde assimilis, tamen paullo major, præsertim latior, et elytrorum signatura abunde differt.

Caput detrite cupro-viride, opacum, crebre sed minutissime punctulatum, inter oculos sat profunde excavatum, pilis quibusdam pallidis obsitum; fronte læviori, nitida; labro late-pallido, subpunctato, pilis longis aliquot obsito; circum oculos et latera capitis cupreum, nitidum, strigosum. Antennæ dimidium corpus vix attingentes: articulis quatuor baseos cupreis, nitidis, subsequentibus nigris, opacis.

(*) *Catalogue raisonné des objets de zoologie recueillis dans un voyage au Caucase et jusqu'aux frontières actuelles de la Perse etc, par E. Ménétriés. St. Pétersbourg.* 1832. 4.

Thorax subquadratus, longitudine vix latior, cupreus, subnitidus, leviter flavo-pilosus, postice sat constrictus, undique coriaceus; disco anguste canaliculato; margine antice posticeque rubro. Scutellum triangulare, postice acuminatum, tenue coriaceum, basi viride, posterius vix elevatum, rubro-cupreum, nitidum. Elytra thorace triplo fere latiora, subparallela, in medio vix dilatata, apice obtuse rotundata, angulis interioribus acutis; supra modice convexa, cuprea, opaca, subvirescentia, ad basin granulata, pone medium profunde punctulata; sutura nonnihil elevata, cuprea, nitida: macula humerali lunata, altera apicali hamata, fascia media obliqua, parum undulata, basi dilatata suturam haud attingente albis, integris, latis. Corpus subtus viridi-violaceum, nitidum nonnihil albo-pilosum; pectoris latera cuprea. Pedes rubro-æenei, subvirescentes, nitidi, leviter albo-pilosi; tarsis viridibus.

2. Cicindela *persica* mihi. Tab. I. f. 1.

Supra obscure-viridis, opaca, posterius dilatata; elytris margine laterali pone medium interrupto: macula humerali brevi, altera apicis dentata, fasciaque lata media, profunde sinuata albis.

Præcedente paullo major, posterius magis dilatata et elytrorum signatura satis diversa.

Caput confertissime sed minute undique strigoso-punctatum, obscure-viride, subviolaceum, opacum; fronte subænea, punctis majoribus nonnullis impressa; labro cum capite glabro. Antennæ longitudine dimidii corporis: articulis quatuor baseos obscure viridibus, subæneis, nonnihil nitidis,

extrorsum nigris. Thorax transversus, obscure-viridi-æneus, opacus, supra subdepressus, glaber, medio canaliculatus, lateribus subnitidis, æneis, crenato-marginatis, margine leviter cupreo. Scutellum triangulare cupreum, subnitidum crebre rugoso-punctatum. Elytra thorace multo latiora, posterius dilatata, apice rotundata, supra nonnihil deplanata, disco inæqualia, confertissime granulata, viridi-ærea, opaca; granulis elevatis, nitidis: macula brevi humerali margine dilatata et altera apicali bidentata, fasciaque media profunde sinuata, cum macula humerali basi cunjuncta, latis, albis. Corpus subtus viridi-aureum, nitidum, pilis flavis vage dispersis obsitum; pedibus obscure-viridibus, subauratis, parce albo-pilosis; trasis piceis.

3. Cicindela *Monticola* Ménétriés.

Supra cuprea, subvirescens, opaca; thorace breviore; elytris lunula humerali apicalique integra, fascia media latiori flexuosa albis.

Ménétriés, Catalogue. p. 94. n. 290.

Cicindelæ hybridæ Fabr. subsimilis, paullo tamen minor, statura breviori et præsertim thorace breviore abunde differt.

Caput omnino ut in præcedente, tamen rugulis sub oculis magis obsoletis; fronte utrinque viridi-subcœrulea. Antennarum articulis quatuor baseos subalbo-pilosis. Thorax brevis, apice posticeque minus profunde impressus, lateribus albo-pilosus, undique obsolete coriaceus, disco convexus, medio tenue canaliculatus; angulis posticis plerumque magis porrectis, gibbis. Scutellum mediocre, postice

valde acutum, supra minute punctulatum, purpureum, subviolaceum. Elytra breviora, subparallela, crebre granulata, macula humerali lunata, integra, posterius dilatata; altera apicali lata, profunde emarginata, et fascia media lata, subrecta, sinuata, basi vix dilatata, albis. Corpus subtus cum pedibus violaceum, subvirescens; pectoris lateribus rubroæneis, undique vero sparsim albo-pilosum.

4. Cicindela *Sturmii* Ménétriés. Tab. I. f. 2.

Elongato-parallela, supra cuprea, sudvirescens, subtus dense albido-hirta; elytris margine laterali interrupto, lunula arcuata humerali, apicalique angusta integra, fasciaque media recurva incumbente, tenuissima, albis.

Ménétriés, Catalogue. p. 95. n. 291.

Magnitudine Cicindelæ littoralis Fabr. tamen magis parallela, sed elytrorum signatura simillima C. repandæ Dej. Americæ septentrionalis.

Caput latum, evidenter strigosum, crebre punctulatum, cupreum, opacum, leviter virescens, sub oculis dense albo-hirtum; fronte pilis prostratis albis nonnullis obsita; oculis magnis, valde productis. Antennarum articulis quatuor baseos cupreo-aureis, nitidis vix albo-pilosis, subsequentibus nigris, griseo-pubescentibus. Thorax subcylindricus, latitudine vix longior, obscure æneus, supra opacus, lateribus nitidis, ubique minute rugoso-punctatus, latere pilis albis parce obtectus. Scutellum triangulare, basi viride, posterius cupreum. Elytra thorace duplo latiora, lineari-elongata, medio vix rotundata, apice acuminata, supra convexa,

obsolete et minute punctulata, cuprea, opaca, subvirescentia, margine tenue alba, parum interrupta; lunula humerali integra valde arcuata, angusta, altera apicali incumbente, angustissima hamata, et fascia tenuissima, recta, regione medii elytro rectangulariter recurva, ibique angustior, apice iterum incumbente et parum dilatata, albæ. Corpus subtus tenue punctulatum, viridi-æneum, nitidum, dense albo-pilosum; pedibus totis viridi-æneis, nitidis, subcupreo-micantibus, paullo albo-pilosis.

5. Cicindela *Dumetorum* Ménétriés.

Viridis, posterius subdilatata; elytris lunula humerali apicalique interrupta, fascia media abbreviata, flexuosa, albis.

Cicindelæ Desertorum Bœber proxima, paullo tamen major, præsertim longior; posterius magis dilatata, et fascia media aliter signata.

Caput viride, crebre granulosum, circum oculos et capitis latera evidentius strigosum, purpureum, foveola profunda inter oculos; fronte elevata, ante antennas transversim profunde impressa, antice subcuprea. Labrum subtriangulare, utrinque sat impessum, antennarum articulis quatuor baseos obscure-viridi-æneis, extrorsum griseo-nigris. Thorax subquadratus, longitudine vix latior, basi tenuiter bisinuatus, apice truncatus, disco nonnihil deplanatus, undique rugosus. Elytra oblonga, posterius dilatata, apice rotundata, supra convexa, intra basin inæqualia, ubique confertissime sed

minute granulata, viridia; lunula humerali lata, interrupta, altera apicali subhamata tenuissime interrupta, et fascia media nec marginem nec suturam attingente, abbreviata, transversa, flexuosa, angusta, albis. Corpus subtus viridi-chalybeum, nitidum, parce flavo-pilosum; pectoris lateribus cupreo-æneis; pedibus viridi-æneis, subpilosis; femoribus tibiisque certo situ rubescentibus.

Observatio. Speciem hanc Cel. Comes Dejean pro varietate *Desertorum* Boeberi habet. Equidem vero, multis exemplaribus munitus, speciem distinctam agnoscere debeo. Character in omnibus distincte expressus est et constans. Forma et delineatio primo intuitu opinionem meam defendit. Fascia media omnino differt, et lunula apicalis semper interrupta est in C. *Dumetorum*, quæ constanter integra observatur in C. *Desertorum*.

6. Cymindis *Andreæ* Ménétriés. Tab. I. f. 3.

Fusca; thorace, ore, antennisque rufis; pedibus elytrisque pallidis, his striatis, interstitiis minutissime punctulatis; sutura fasciaque media flexuosa nigris.

Ménétriés Catalogue. p. 98. n. 303.

Statura, colore, et elytrorum signatura exacte *Cymindis cruciatæ* Fischer, tamen quadruplo fere minor.

Caput deplanatum, nigrum, nitidum, sub oculo acute armato vage punctulatum, juxta oculos tenue strigosum; fronte leviter rugulosa; ore rufo, subpiloso; palpis ferrugi-

neis. Antennæ dimidium corporis haud attingentes, testaceæ, pube brevissima et pilis nonnullis immixtis obsitæ; articulis baseos pallidioribus. Thorax apice exacte truncatus, ibique angulis rotundatis, posterius valde angustatus, lateribus tenue reflexis, linearibus, basi obtuse rotundatus, angulis leviter productis, supra modice convexus, rufus, lævis, nitidus, disco tenuiter canaliculatus, obscurior, transversim minute rugulosus, foveola plana triangulari, in medio juxta marginem apicalem. Scutellum triangulare, læve, rufum. Elytra elongata, basi valde retusa, apice truncata, posterius parum dilatata, supra deplanata, lurido-testacea, nitida, glabra, striata; interstitiis minute et vage punctulatis, macula quadrata circum scutellum, sutura, et fascia vel macula media magna flexuosa nigra. Corpus subtus fuscum, nitidum, vix pubescens; pedibus testaceis.

Var. A. Nigredine suturæ ad scutellum utrinque ramulum emittente, fasciaque media contigua, antice prope suturam, et postice versus marginem exteriorem acute producta.

Var. B. Ut var. A, sed fascia media marginem versus interrupta, relicta macula parva distincta.

Var. C. Cymind. discoid. Dej. Iconogr. I. p. 78, Pl. 8. Fig. 5 affinis, sed nigredine elytrorum antice magis dilatata, maculis pallidis notata, nec non thorace paullo latiore differre videtur.

Var. D. Paullo minor; elytris totis pallidis, sutura vix infuscata.

7. Cymindis *Omiades* Steven.

Fusca; thorace, ore, antennisque ferrugineis; capite piceo; elytris latis, nigris, brevioribus, vitta humerali abbreviata, margineque basi cohærente, aterrimis, pedibusque testaceis.

Colore et elytrorum signatura *Cymindi homagricæ* Duft. proxima, tamen paullo latior et thoracis forma plerumque magis quadrata differt.

Caput piceum, circum oculos concinne strigosum, nitidum, lineola transversa inter oculos; fronte crebre eroso-punctata; ore palpisque ferrugineis. Antennæ parum pubescentes, subopacæ, ferrugineæ; articulis baseos pallidioribus, nitidis. Thorax subquadratus, posterius parum angustatus, angulis anticis parum productis, rotundatis, supra modice convexus, ferrugineus, nitidus, lateribus æqualiter reflexis, intra apicem semicirculariter tenue depressus, anguste canaliculatus, medio disci leviter transversim rugosus, latere punctatus. Scutellum minutissimum, læve, ferrugineum. Elytra brevia, apice obtuse rotundata, utrinque tenue sinuata, lateribus nonnihil rotundata, supra valde deplanata, nigropicea, lævia, nitida, sat profunde crenato-striata; interstitiis vage punctulatis; margine exteriori ab angulo humerali usque ad angulum posticum interiorem tenue testaceo; vittato. Corpus subtus fuscum, nitidum, productum. Pedes testacei; tarsis nonnihil obscurioribus.

8. Lebia *festiva* mihi.

Chalybea, nitida, oblonga, depressa, tota brevissime pilosa; elytris striatis, interstitiis deplanatis, sparsim ruguloso-punctatis; femoribus rufis.

Statura et magnitudo fere *Lebiæ cyanocephalæ* Fabr. tamen angustior, et densius præsertim abdomine pilosa.

Caput sat crebre punctatum, versus os perparum lævius. Antennæ grisescentes, subpilosæ, articulis 1-3 baseos chalybeonitentibus, articulo ultimo rufo. Oculi sat prominuli, glauci. Thorax transversus, confertim transversaliter rugulosus, cum capite viridi-chalybeus; disco obsolete canaliculato; intra apicem foveolis duabus, et antice leviter impressus; angulis posticis productis, acuminatis. Elytra thorace duplo latiora, oblongoquadrata, basi valde retusa, angulis humeralibus prominulis, rotundatis, utrinque fere linearia, margine reflexa, postice parum dilatata, apice truncata, abdomen haud tegentia, perparum dehiscentia, supra depressa, chalybea, nitida, ubique tenuissime pilosa, striata; interstitiis ruguloso-punctatis. Corpus subtus densius pilosum, chalybeum, subpurpurascens, undique obsolete punctulatum; femoribus rufis, ad apicem paullo, cum tibiis, tarsisque piceis, subchalybeis, totis pilis rufis sparsim obtectis.

Var. B. Paullo major; thoracis foveis profundioribus; elytris dimidio fere latioribus; pedibus totis chalybeis, modo femoribus interne piceis.

9. Brachinus *quadri-notatus* Ménétriés.

Ferrugineus, subpubescens; antennis maculatis; elytris obscure-cyaneis, subcostatis, maculis quatuor, latis, pallidis, appoximatis, humerali oblonga postica infra rotundata.

Ménétriés, Catalogue, p. 99. n. 310.

Magnitudo et Statura *Brachini strepentis* Duft. colore vero et pictura elytrorum *Brachino quadri-pustulato* Dej. simillimus.

Caput ferrugineum, vage et minute punctulatum, fronte utrinque foveolata, crebrius punctata; oculis griseis, parum prominulis. Antennæ ferrugineæ, articulis baseos nigro-maculatis, tenue extrorsum pubescentes. Thorax oblongo-cordatus, capite ejusdem coloris, antice posticeque truncatus, lateribus acute marginatus, supra parum convexus, obsoletissime punctulatus, intra apicem tenue depressus. Scutellum triangulare, lævissimum, nitidum. Elytra oblonga, obscure-cyanea, basi thoracis duplo latiora, ultra medium dilatata, dein apicem versus angustata, basi leviter retusa, humeris nonnihil prominulis, apice truncata, supra parum convexa, pube testacea sat dense obtecta, obsolete sulcata, interstitiis rugoso-punctatis; macula magna humerali elongata, et altera paullo pone medium lata subrotundata utrinque. Corpus subtus nigrum, obsolete punctulatum, dense testaceo-pubescens. Pedes ferruginei.

Anne *Brachinus cruciatus* Steveni?

10. Ditomus *Chalybeus* mihi. Tab. I. f. 4.

Totus cyaneo-chalybeus, nitidus, punctatissimus; antennis, tibiis, tarsisque nigris; thorace cordato; elytris striatis, interstitiis elevatis, sat profunde et crebre rugoso-punctatis.

Statura et colore *Ditomo cyaneo* Oliv. proximus, paullo tamen major, præsertim longior.

Caput crebre et profunde punctatum, fovea oblonga inter antennas utrinque, versus os transversim leviter depressum. Antennæ nigræ, pube grisea sat dense obtectæ, articulis. 1-4 sub nitidis, reliquis opacis. Thorax cordatus, convexus, crebre et sat profunde rugulosus, punctis majoribus sparsis immixtis; tenue canaliculatus, fovea lata, plana utrinque. Scutellum triangulare, nigrum, nitidum, læve. Elytra oblongo-ovata, convexa, profunde striata; interstitiis elevatis, profunde rugoso-punctatis; dorso nonnihil deplanato. Corpus subtus violaceo-purpurascens, nitidum, sparse pilosum, undique fortius at minus crebre punctatum. Pedes validi, subpilosi; femoribus corpore subtus ejusdem coloris, punctatis; tibiis, tarsisque nigro-piceis, densius pilosis.

D. Scovitz literis me certiorem ferit, insectum hoc pulcherrimum ad radices *Ferulæ Assafœtidæ* obvenire.

11. Cychrus *signatus* mihi Tab. I f. 6.

Niger; thorace cordato, vage punctato, profunde exarato; elytris oblongo-ovatis, intra basin confertim lineatis, posterius crebre rugosis, obscure-cupreis, tuberculis elongatis, valde elevatis triplici serie.

Statura et colore *Cychro æneo* Steven haud absimilis, paullo tamen major, elytrorum vero sculptura tota diversa.

Caput rugulosum, utrinque carinatum, medio lævius, vix punctulatum, sed ad basin grosse et vage punctatum ibique transversim valde depressum. Antennæ piceæ; articulis quatuor baseos nitidis, glabris; subsequentibus fuscis, subpubescentibus. Thorax elongatus, subcordatus, basi obtuse rotundatus, elevatus, angulis subdeflexis, obtusis, lateribus reflexis, rotundatis, apice truncatus ibique angulis rectis, supra inæqualis, rude punctatus, posterius profunde exaratus, disco tenue canaliculatus, intra apicem leviter impressus. Scutellum transversum, læve, nitidum. Elytra oblongo-ovata, apice acuminata, tenuissime sed acute marginata, supra convexa, postice valde retusa, apice carinata, profunde biimpressa, obscure-cuprea, disco antico depressa, intra basin lineolata, lineis elevatis, interstitiis striato-punctata, medio disci subseriatim crebre rugulosa, rugulis sat elevatis, posterius confertissime granulata, granulis modice elevatis; præterea tuberculis oblongis sat elevatis, nitidis, nigris, triplici serie, posterius magis elevatis in singulo. Corpus subtus cum pedibus piceo-nigrum; tibiis extus, tarsisque rufo-setosis.

12. Procrustes *Fischeri* mihi. Tab. I. f. 5.

Niger, subviolaceus, posterius incrassatus; thorace crebre ruguloso, apice profunde emarginato; elytris oblongo-ovatis, valde convexis, creberrime minute granulatis, punctisque obsoletissimis triplici serie.

Statura et Magnitudo quodammodo *Pr. græci* Parreyss, tamen posterius plerumque magis incrassatus, et thoracis forma latiori bene distinguitur.

Caput inter antennas valde inæquale, vertice crebre sed obsolete rugulosum; oculis valde prominulis, globosis, griseis; antennis extrorsum fuscis. Thorax subquadratus, anterius dilatatus, apice profunde emarginatus, margine incrassatus, basi truncatus, angulis productis, obtusis, supra undique obsolete rugulosus vel coriaceus, medio disci tenue canaliculatus, lateribus reflexis, posterius late explanatis, pone medium depressus, fovea lata et profunda ad basin utrinque. Scutellum transversum, postice rotundatum, supra transversaliter depressum. Elytra oblongo-ovata, pone medium attenuata, apice acuminata, margine laterali parum sed æqualiter undique reflexa, supra valde fornicata, æqualia, minute sed confertissime undique granulata, et punctis parvis obsoletissimis triplici serie in singulo elytro. Corpus subtus incrassatum, aterrimum, nitidum, obsolete rugulosum. Pedes valde elongati, tenues, parce punctati; tibiis posticis subsetaceis.

13. Procrustes *talyschiensis* Ménétriés.

Niger, subviolaceus; thoracis lateribus postice valde erectis; elytris elongato-ovalibus, subtiliter sed confertissime granulatis, lineisque obsoletissimis.

Ménétriés, Catalogue, p. 104. n. 334.

Præcedente major, Statura *Pr. spreti* Dej. tamen minor, multo lævior et præsertim angustior.

Caput obsolete crebre punctatum, rugosum, anterius lævius, inter antennas profunde bi-carinatum, fronte convexa, nitida. Antennæ capite cum thorace parum longiores; articulis quatuor baseos nigris, nitidis, glabris, extrorsum fuscis, pube tenui ferruginea obtectis; oculis globosis, prominulis, lurido-brunneis. Thorax quadratus, longitudine vix latior, niger, subviolaceus, basi truncatus, angulis sat productis, obtuse rotundatis, apice late sed haud profunde emarginatus, ibique angulis acutis, lateribus anterius rotundatus, pone medium nonnihil constrictus, reflexus, postice valde elevatus, margine ipso incrassatus, nitidus, supra crebre sed obsolete rugulosus, disco fere plano, in medio longitudinaliter sat profunde vero anguste canaliculato, intra basin et ante medium fortius rugosus, posticeque juxta angulos profunde impressus. Scutellum transversum, subtriangulare, transversim rugosum, postice sat impressum. Elytra valde elongata, ovalia, utrinque attenuata, apice subacuminata, nonnihil dehiscentia, angulis interioribus obtuse rotundatis, supra convexa, nigra, subviolacea, utrinque modice carinata, creberrime sed minute granulata vel scabra, et lineis aliquot obsoletissimis; pone scutellum inæqualiter parum impressa. Corpus subtus cum pedibus anthracinum, nitidum; tibiis mediis extus ferrugineo-ciliatis.

14. Carabus *sculpturatus* Ménétriés.

Ad Divisionem III, Dej. Coleopt. Gen. Tom. II, pag. 67. pertinet.

Niger, supra subviridi-æneus; thorace depresso, inæquali, subquadrato; elytris latis, posterius dilatatis, æqua-

liter elevato-striatis, lineis integris, punctis oblongis elevatis triplici serie.

Ménétriés, Catalogue, p. 105. n. 338.

Carabo granulato Linnæi subsimilis, forma thoracis eadem, tamen elytrorum forma plerumque latiore, eorumque sculptura penitus diversa.

Caput nigrum, vix æneum, crebre rugosum, inter oculos sat inæquale, profundius rugosum, anterius profunde bicarinatum, vertice transversim tenue depressum. Thorax transversus, basi truncatus, angulis sat productis, subacutis, angulis anticis deflexis, vix productis, obtusis, lateribus ante medium rotundatis, reflexis, posterius nonnihil angustatis sat elevatis, supra valde inæqualis, rugoso-punctatus, disco antico subdidymo, postice depresso, fovea profunda et lata intra basin utrinque, et altera plana triangulari in medio juxta apicem, niger, subvirescens. Scutellum minutum, triangulare, supra valde impressum, nigrum, nitidum. Elytra basi thoracis duplo latiora, posterius sensim dilatata, ad apicem angustata, ibique leviter bisinuata, apice ipso rotundata, supra fere plana, nigra, obscure-ænea, subvirescentia, lateribus carinatis, obsolete viridi-marginatis, lineis integris undecim haud interruptis, æqualiter parum elevatis, et tuberculis parvis, oblongis subremotis triplici serie in singulo, interstitiis tenue punctulatis. Corpus subtus cum pedibus aterrimum, nitidum, abdominis lateribus subrugosis.

15. Carabus *Bohemanni* Mannerheim.

Ad Divisionem præcedentem pertinet.

Subdepressus, supra obscure-violaceus; thorace subcordato, crebre rugoso-punctato, angulis posticis sat prominulis, acutis; elytris oblongo-ovatis, æqualiter lineatis, punctisque triplici serie impressis.

Statura et præsertim sculptura elytrorum *Carabo catenulato* Fabr. valde assimilis, tamen minus convexus, postice magis rotundatus, thoracis vero forma totus diversus.

Caput tenue coriaceum, foveola antica utrinque valde elongata. Antennæ nigropiceæ, glabræ, extrorsum fuscæ, pubescentes. Thorax subcordatus, basi truncatus, angulis prominulis, acutis, subdeflexis, ante medium dilatatus, rotundatus, postice sinuatus, lateribus tenuiter reflexis, supra depressus, crebre rugoso-punctatus, niger, lateribus violaceus, medio disci longitudinaliter anguste sed sat profunde canaliculatus. Scutellum transversum, angustum, lævissimum. Elytra oblongo-ovata, posterius parum dilatata, apice rotundata, leviter dehiscentia, tenuissime bi-sinuata, supra modice depressa, violaceo-nigra, limbo evidentius coloratus, æqualiter lineata, lineis elevatis, integris, quarum tertia, septima, et undecima a sutura punctis parvis impressis crebre interrupta; linearum interstitiis crenato-punctatis, intra margines creberrime sed minute rugoso-granulatis. Corpus subtus cum pedibus piceo-nigrum, nitidum.

16. Carabus *parallelus* mihi. Tab. I. f. 7.

Ad Divisionem V. Dej. Coleopt. Gen. Tom. II. pag. 95 pertinet.

Subparallelus, supra fusco-æneus, deplanatus; thorace quadrato; elytris elongatis, creberrime rugulosis, acute elevato-lineatis, lineis alternatim obsoletis, tuberculisque oblongis triplici serie.

Colore et sculptura *Carabo granulato* valde affinis, vero dimidio major, capitis foveolis inter antennas brevioribus, profundioribusque; thorace magis quadrato; elytris fere parallelis, et plerumque magis elongatis abunde differt.

Caput elongatum angustatum, crebre rugosum, antice profunde bi-foveolatum, fusco-æneum, antennæ dimidio corporis vix breviores; articulis quatuor baseos glabris, nitidis, subsequentibus densissime griseo-pubescentibus, unde opacis. Thorax quadratus, posterius vix angustior, basi sat profunde emarginatus, angulis productis, elevatis, rotundatis, lateribus parum explanatus, reflexus, antice tenuiter rotundatus, pone medium vix sinuatus, apice fere truncatus, supra depressus, valde inæqualis, fusco-æneus, creberrime vero obsolete rugosus, medio disci anguste canaliculatus, intra margines præsertim postice profunde impressus; fovea lata, sat profunda ad basin utrinque. Scutellum triangulare, disco depressum, minute rugulosum, margine reflexum. Elytra thorace dimidio latiora, valde elongata, subparallela, pone medium vix dilatata, apice sinuata, subacuminata, supra tenue depressa, obscure fusco-ænea, crebre

rugosa, rugis juxta costas in lineis subelevatis digestis, præterea costis tribus sat elevatis et tuberculis oblongis, inæqualibus, lævibus triplici serie in singulo, intra margines confertissime seriatim foveolata. Corpus subtus obsolete coriaceum, cum pedibus nigrum, nitidum.

17. Carabus *Scovitzii* mihi. Tab. I. f. 8.

Ad Div. V. Dej. Coleopt. Gen Tom. II. pag. 95. pertinet.

Depressus, niger; thorace cordato, parum æneo, angulis posticis valde prominulis, deflexis; elytris oblongo-ovatis, rubro-æneis, seriatim granulatis, tuberculis majoribus nigris, valde elevatis, triplici serie.

Carabo armeniaco Mannerh. subsimilis.

Caput nigrum, parum elongatum, inter oculos crebre posterius obsoletius rugosum, apice lævius, nitidum, fronte sat profunde bi-sulcata, pone oculos æneum. Thorax cordatus, niger, subæneus, basi truncatus, angulis valde productis, acuminatis, subdeflexis, ante medium sat dilatatus, rotundatus, apice late et profunde emarginatus, margine ipso præsertim in medio incrassato, ibique angulis acutis, supra sat depressus, crebre exarato-rugosus, disco anguste sed profunde canaliculatus, ad latera subcarinatus, carina profundius eroso-punctata; fovea plana parum elongata intra basin utrinque; lateribus æqualiter reflexis. Scutellum postice rotundatum, supra tenue depressum, obsolete rugosum, nigrum, nitidum. Elytra oblongo-ovata, sublinearia, apice rotundata vix sinuata, supra depressa, rubro-ænea, nitida, lateribus explanata, late carinata, in singulo lineæ

duæ vix elevatæ, subcrenulatæ, inter quas tuberculis majoribus subelongatis, valde elevatis, nigris, subremotis, triplici serie, interstitiis subplanis, confertissime granulatis, granulis vel punctis rotundatis, elevatis, seriatim collocatis, utrinque ad latera purpurea; sutura subelevata, nigra. Corpus subtus cum pedibus nigrum, nitidum.

18. CARABUS *gemellatus* MÉNÉTRIÉS.

Ad Div. VIII. Dej. Coleopt. Gen. Tom. II. pag. 125, pertinet.

Totus niger, depressus; thorace subquadrato, angulis posticis vix prominulis, deflexis; elytris elongato-ovatis, confertissime crenato-striatis, punctis minutis rotundatis duplici serie impressis.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 107. n. 345.

Statura et Magnitudo *Carabo Stæhlini* ADAMS, proximus, tamen elytris postice magis attenuatis, et forma thoracis magis quadrata differt.

Caput breve, obsoletissime rugulosum, inter oculos planum, fovea parva, subrotundata inter antennas utrinque; oculis testaceis. Thorax fere quadratus, latitudine vix brevior, basi subtruncatus, angulis rectis, nonnihil acutis, parum deflexis, apice leniter emarginatus, angulis deflexis, obtusis, posterius parum angustior, lateribus tenue reflexis, ante medium parum rotundatis, supra planus, confertissime rugosus, disco vix canaliculato, prope scutellum tenuiter depressus, fovea plana utrinque leviter impressa. Scutellum parvum, triangulare, supra

valde impressum. Elytra elongato-ovata, utrinque attenuata, apice acuminata, nonnihil bi-sinuata, supra depressa, lateribus tenue reflexa, confertissime elevato-striata, striis crenulatis, rugulis interdum parum interruptis; linea septima, et quindecima a sutura vix latiora, punctis minutis, rotundatis tenuiter impressis interrupta; latera seriatim minute granulata. Corpus subtus æque ac pedes nigra, subnitida.

Observatio: In diagnosi Menetriesii legendum est: *elytris punctis impressis*, uti supra.

19. CARABUS *Roseri* MIHI Tab. I. f. 9.

Ad Divisionem præcedentem pertinet.

Totus niger, depressus, sublævis, dilute chalybeo-marginatus; thorace cordato, angulis posticis valde productis, acuminatis, deflexis; elytris subtilissime crenato-striatis, punctis parvis impressis triplici serie.

Præcedenti subsimilis, tamen forma thorace maxime differt.

Caput breve, incrassatum, supra planum, tenuissime coriaceum, nigrum, opacum; fronte tenuiter bi-foveolata; oculis sat prominulis, globosis, brunneis. Thorax cordatus, latitudine paullo longior, basi truncatus, angulis valde productis, acuminatis, deflexis, anterius dilatatus, rotundatus, apice late sed haud profunde emarginatus, angulis obtusis, lateribus parum reflexis, supra planus, niger, lateribus dilute chalybeo-marginatus, pone medium impressus, undique obsolete sed crebre coriaceus, disco tenuiter canaliculatus, ante medium utrinque

deflexus, fovea lata vero plana ad basin utrinque. Scutellum parvum, triangulare; medio foveolato. Elytra oblongo-ovata, sublinearia, posterius vix dilatata, apice rotundata, subsinuata, apice ipso parum acuminata, supra depressa, fusco-nigra tenue chalybeo-marginata, confertissime striata, striis æqualiter elevatis, crenulatis, linea 7.-15-23 a sutura vix crassiora, punctis parvis vix impressis notata, præterea setulis brevissimis testaceis parce obsita; sutura pone medium nonnihil elevata. Corpus subtus obsolete coriaceum, simul ac pedes nigra, nitida.

20. Carabus *castaneipennis* Ménétriés.

Ad Divisionem IX Dej. Coleopt. Gen. Tom. II. pag. 129. pertinet.

Elongato-ovatus, niger, subtiliter rugosus; thorace subquadrato, basi tenue bi-sinuato; elytris castaneis, lineis detritis tribus, et punctis minutissimis vix impressis triplici serie.

Ménétriés, Catalogue, p. 108. n. 346.

Magnitudo et statura *Carabo Neesii* proxima, parum tamen angustior.

Caput breve, vertice subconvexum, obsolete strigosum, nigrum, carinula angusta elongata, plana, inter antennas utrinque. Antennæ piceo-nigræ. Oculi luridi. Thorax subquadratus, niger, latitudine vix longior, basi late emarginatus, tenue bisinuatus, angulis nonnihil productis, obtusis, deflexis, lateribus fere rectis, in medio subacutorotundatis, margine tenue re-

flexis, apice leniter emarginatus, supra rude punctatus, disco antico modice convexo, posterius depresso, ibique crebre rugoso-punctato, latera nonnihil carinata; fovea lata ad apicem profunda, et altera plana elongata, ad basin utrinque, margine laterali et postice ferrugineus. Scutellum transversum, ferrugineum, postice rotundatum, supra transversaliter profunde carinatum. Elytra castanea, elongato ovata, angustata, in medio tenuiter dilatata, postice attenuata, apice subacuminata, haud sinuata, supra modice convexa, disco antico depressa, irregulariter confertissime punctulata, vel obsolete granulata, nonnihil rugulosa, margine explanata, obscuriora, lineis tribus pallidis, angustissimis, a punctis minutissimis vix impressis interruptis in singulo. Corpus subtus pedibusque nigrum; segmentorum marginibus ferrugineis.

21. Carabus *Boschniakii* mihi. Tab. II. f. 1.

Ad Divisionem XIII? Dej. Coleopt. Gen. Tom. II. pag. 129. pertinet.

Niger, sublineari-elongatus, lævissimus; capite maximo, lato; thorace transverso, subcordato; elytris angustatis, subtilissime punctato-striatis, interstitiis lævibus, planis, punctis una serie impressis.

Carabo Stjernvallii Mannerh. valde assimilis, tamen paullo angustior, et multo lævior, vero elytrorum punctura præcipue differt.

Caput maximum, latum, anterius nonnihil attenuatum, nigrum, fovea elongata, lata et profunda, in fundo ænea, et

crebre rugosa inter antennas utrinque, undique obsolete strigosum, vertice parum deplanatum, tenuiter canaliculatum, postice convexum; oculis prominentibus, luridis, subtransversis. Thorax niger, transversus, longitudine in medio duplo fere latior, basi truncatus, angulis parum prominulis, obtuse rotundatis, porrectis, apice late et sat profunde emarginatus, angulis sat deflexis, posterius angustatus, lateribus subæneis, tenuiter et postice late reflexis unde ad margines sat profunde impressus, supra modice convexus, lævis, vel obsoletissime strigosus, ad basin transversaliter valde depressus, fovea parva, rotunda, sed profunda angulari utrinque; disco tenuissime canaliculato, canalicula tenue rugulosa; margine antico parum incrassato. Scutellum transversum, postice rotundatum, submucronatum, supra læve, modo ad basin utrinque foveolatum. Elytra nigra, elongato-ovata, fere linearia, apice obtuse rotundata, subangulata, parum dehiscentia, angulis suturalibus truncatis, supra modice convexa, subtilissime punctato-striata, interstitiis planis, lævissimis, lateribus carinata, carina minute granulata, punctis septem minutis una serie in latere impressis. Corpus subtus sat incrassatum, obsoletissime coriaceum, cum pedibus nigrum, nitidum.

21b. CARABUS *Humboldtii* MIHI (*) Tab. II. f. 5.

Elongatus, atro-violaceus; fronte inæquali, profunde bi-impressa; thorace transverso, lateribus valde reflexo; elytris rubro-æneis, nonnihil virescenti-micantibus, subtiliter dense striato-punctatis, foveolis parvis triplici serie impressis, sub-concatenatis.

Longit. 11½ lin. Lat. 5 lin.

Carabo Stjernvalli MANNH. Bulletin Soc. Imper. Mosq. anno 1830. pag. 55. affinis et sub-similis; attamen magnitudine majore, statura præsertim longiore; capite respectu reliqui corporis multo magis incrassato; thorace latiore; elytris rubro-æneis, nec non evidentius striato-punctatis, et punctis majusculis regulariter impressis, sub-concatenatis triplici serie satis diversus.

Caput magnum, elongatum, deflexum, nigrum, nitidum, antice nonnihil angustatum, vertice convexum, obsolete rugosum, nonnihil virescenti-æneum; fronte rugis plurimis sat elevatis valde inæquali, utrinque late et profunde impressa; in medio ad marginem anticum lævigatum, in ipsa impressione inter antennas puncto parvo rotundato elevato utrinque nota-

---

(*) Per longum temporis spatium hanc elegantissimam speciem pro *Carabo Stjernvalli Mannerh.* habui, quo nomine etiam amicis meis communicavi. Examine vero iterato, adjutore Celeberrimo et amicissimo Comite a *Mannerheim*, nunc gubernatore Provinciæ Viborgensis, qui mihi et unicum exemplum *Carabi Stjernvalli* Musei sui humanissime communicavit, convictus sum, speciem esse distinctam characteribus indicatis, quam pulchritudine eximia distinctam Celeberrimo a *Humboldt* consecrare volo.

tum. Antennæ thoracis basin superantes, filiformes, antrorsum sensim attenuatæ; articulis quatuor baseos inæqualiter compressis, nigris, glabris, nitidis, subsequentibus totis griseis, dense pubescentibus. Oculi majusculi, sub-globosi, luridi; in specimine mortuo fusco-irrorati.

Thorax cordatus, transversus, latitudine duplo fere brevior, basi late sed haud profunde emarginatus, medio truncatus, testaceo-ciliatus; angulis posticis sat productis, obtuse rotundatis; lateribus ante medium dilatato-rotundatus, postice sinuatim angustatus, apice late et profunde in medio sub-sinuato-emarginatus; margine reflexo, incrassato; angulis deflexis, productis, obtuse rotundatis; supra valde inæqualis, viridi-cupreus, nitidus, ubique transversim dense strigosus, disco antico convexus, postice depressus, longitudinaliter subtiliter canaliculatus, intra apicem lunatim et ante basin transversim depressus, disco posteriori utrinque profunde impressus, margine laterali antice parum, sed posterius valde reflexus, elevatus, ibique creberrime ac minute rugulosus et nonnihil cupreo-micans.

Elytra elongato-ovata, lateribus in medio parum dilatata, fere parallela, thorace paullo latiora, margine valde elevata, reflexa, apice rotundata, parum dehiscentia, intra apicem utrinque subsinuata, supra modice convexa, æqualia, rubro-ænea, nitidissima, subtiliter et dense lineato-punctata; striarum interstitiis in dorso lævigatis, latera versus leviter rugulosis, ad margines nonnihil virescenti-ænea, densissime ac minutissime granulata, præterea foveolis parvis triplici serie sub-concatenatis instructa. Corpus subtus valde incrassatum, nigrum, sub-violaceum, obsolete strigosum, ad anum ferrugineum. Pedes

valde elongati, tenues, nigri; femoribus parum incrassatis, vage sed rude punctatis, setulis brevibus fuscis parce obsitis; tibiis valde scabrosis, mediis extus antrorsum præsertim dense fusco-setosis; tarsis valde elongatis, tenuibus, piceis.

22. Carabus *Riedelii* Ménétriés. Tab. II f. 6.

Ad Divisionem XV. Dej. Coleopt. Gen. Tom. II. pag. 178 pertinet.

Oblongo-ovatus, cupreus; thorace subcordato, convexo, angulis posticis vix productis; elytris postice dilatatis, ovatis, obsolete striatis, foveolis impressis triplici serie.

Ménétriés, Catalogue, p. 110. n. 153.

Statura, colore et elytrorum sculptura *Carabo Fabricii* haud absimilis.

Caput latum, obsolete strigosum, fronte sat profunde bi-foveolata, nigrum, subæneum; collo tenue coriaceo; oculis rotundatis, luridis. Thorax subcordatus, lævis, antice dilatatus, rotundatus, basi truncatus, angulis minutis, acutis, valde deflexis, apice leniter emarginatus, lateribus leviter vero æqualiter reflexis, disco modice convexus, sat profunde canaliculatus, nigro-æneus, ad latera viridis, foveola triangulari, plana ad apicem, et altera majori, profunda, elongata, tenue rugosa ad basin utrinque, ante scutellum transversim tenuiter depressus. Scutellum nigrum, transversum, subtriangulare, postice acutum, supra subrugosum. Elytra ovata, posterius

dilatata, apice obtuse rotundata, haud sinuata, vix dehiscentia, lateribus tenuiter reflexa, supra parum convexa, disco antico nonnihil depresso, pone scutellum leviter impressa, obscure viridi-æenea, obsolete striata, striis subpunctulatis, punctis viridibus triplici serie impressa, ad margines foveolata. Corpus subtus cum pedibus nigrum nitidum.

23. Carabus *Biebersteinii* Ménétriés. Tab. II f. 8.

Ad Divisionem XVI. Dej. Coleopt. Gen. Tom. II. pag. 185 pertinet.

Elongato-ovatus, valde depressus, niger, nitidus; thorace subcordato; elytris postice latioribus, margine violaceis, interstitiis alternis punctis impressis, interruptis; pedibus elongatis.

Ménétriés, Catalogue, p. 110. n. 354.

Statura *Carabo ossetico* Adams admodum similis.

Caput angustatum, valde elongatum, nigrum, vertice læve, postice modice convexum, vel cylindricum, obsolete strigosum; fronte profunde bi-canaliculata, foveola parva, rotundata tenue impressa in medio utrinque; oculis parvis, rotundatis, luridis. Thorax subcordatus, basi truncatus, angulis fere rectis, vix productis, deflexis, anterius dilatatus, rotundatus, apice late sed leviter emarginatus, angulis valde deflexis, supra depressus, lateribus tenuiter æqualiter reflexis, parum rugosus, medio leviter canaliculatus, fovea parva, plana ad basin utrinque. Scutellum latum, postice semicirculariter rotundatum, supra planum, tri-foveolatum. Elytra basi thoracis parum

latiora, posterius valde dilatata, apice fere truncata, vel obtuse rotundata, haud emarginata sed parum dehiscentia, supra valde depressa, nigra, lateribus subviolacea, nitida, elevato-striata, striis subcrenulatis, sulcis punctulatis; præterea striæ a punctis grossis impressis alternatim interruptæ. Corpus subtus piceo-nigrum; abdomine parum dilutiore, nitidum. Pedes valde elongati, tenues, nigri, nitidi, subferrugineosetosi.

24. Carabus *Steveni* Ménétriés Tab. II f. 7.

Ad Divisionem præcedentem pertinet.

Elongato-ovatus, valde depressus, totus niger, violaceo-marginatus; elytris piceis, posterius valde dilatatis, apice obtuse rotundatis, subsinuatis, striatis, punctis oblongis vix elevatis triplici serie.

Ménétriés, Catalogue, p. 111. n. 355. (*)

Statura præcedentis, paullo tamen minor.

Caput subdeflexum, nigrum, vertice modice convexum, fovea oblonga haud profunda inter antennas et oculos utrinque; oculis parvis, globosis, sat prominulis, griseis. Antennæ extrorsum fuscæ, dense pubescentes, articulis quatuor baseos nigris,

---

(*) *Observatio*: quam maxime dubito, an hoc coleopteron sit *Car. Mussini* Bœberi id quod amicissimus Ménétriés suspicatus est l. c. Characteres a Germar Ins. nov. spec. p. 11 *Carabo Mussini* tributi, quadrant ex parte cum nostro, sed sculptura elytrorum non symmetrica et nitor metallicus illius eum distinguunt, tanquam speciem etsi illi vicinam.

glabris, apicibus omnibus ferrugineis. Thorax subquadratus, latitudine paullo brevior, apice late emarginatus, posterius angustatus, lateribus ante medium dilatatis, rotundatis, undique tenue et æqualiter reflexis, basi truncatus, angulis vix productis, obtusis, deflexis, supra planus, sublævis, obsoletissime strigosus, vage et minute punctatus, niger, ad latera violaceus, ibique crebrius rugoso-punctatus, supra angulum posticum late depressum, et fovea parva rotundata sat profunda intra basin utrinque; disco canaliculato. Scutellum transversum, postice mucronatum, nigrum, tri-foveolatum. Elytra oblongo-ovata, posterius valde dilatata, apice obtuse rotundata, subtruncata, leviter bi-sinuata, supra in disco valde deplanata, nigra, interdum fusco-brunnea, margine subviolacea, obsolete punctato-striata, interstitiis æqualiter parum elevatis, tuberculis obsoletis elongatis triplici serie in singulo. Corpus subtus nigrum, abdomine piceo nonnihil incrassato. Pedes elongati, tenues; tarsis piceis

25. NEBRIA *Fischeri* MIHI. (*) Tab. III. f. 1.

Tota nigra, depressa, subnitida; capite maximo; disco thoracis didymo, lateribus late elevatis; elytris oblongo-ovatis, punctato-striatis, interstitiis subrugosis.

Magnitudo et quodammodo habitus *Nebriæ arenariæ* FABR.

(*) Tanquam documentum debile reverentiæ et venerationis meæ maximæ Entomographo rossico, Vicepræsidi et Directori Societatis Cæsareæ Naturæ Scrutatorum mosquensium, Consiliario status actuali, Equiti etc. G. FISCHER DE WALDHEIM hancce speciem pulcherrimam dedicavi.

tamen brevior, sed multo angustior et magis depressa, caput duplo fere major, thoraceque plerumque magis cordato.

Caput maximum, latum, subrotundatum, porrectum, læve, vertice modice convexum; fronte inter antennas utrinque tenue depressa, et macula brunnea inter oculos notata. Oculi parvi, rotundati, prominuli, nigri. Antennæ thorace parum longiores; articulis baseos quatuor piceo-nigris, nitidis, subsequentibus sat dense pubescentibus, ferrugineis. Thorax transversus, longitudine fere duplo latior, anterius valde dilatatus, rotundatus, apice truncatus, angulis valde productis acutis, lateribus late elevatus, margine incrassatus, reflexus, intra basin valde constrictus, angulis posticis prominulis, acuminatis, basi tenuiter bi-sinuatus, supra violaceo-niger, nitidus, in medio transversim modice convexus, obsoletissime strigosus, intra basin et apicem profunde impressus, intra marginem lateralem carinatus, ibique crebre rugulosus. Scutellum subtriangulare, supra lævissimum, nitidum. Elytra oblongo-ovata, basi thoracis nonnihil latiora, versus medium parum dilatata apice tenue sinuata, paulloque dehiscentia singulatim subrotundata, angulis humeralibus subacutis, parum prominulis, lateribus anterius late, posterius sensim minus marginata, margine sat reflexo, supra depressa, profunde punctato-striata, interstitiis subconvexis, parum rugosis. Corpus subtus læve, piceum. Pedes valde elongati; tarsis ferrugineis.

Fœmina: Dimidio fere minor, præsertim caput; fronte utrinque profundius impressa, elytris minus dehiscentibus, evidentius punctato-striatis, interstitiis magis deplanatis, nonnihil lævioribus.

26. Nebria *Faldermanni* Ménétriés. Tab. III. f. 3.

Nigra; thorace cordato, postice valde constricto; elytris punctato-striatis, interstitiis convexis, lævigatis; antennis, palpis, tarsisque apice ferrugineis.

Ménétriés, Catalogue, p. 112. n. 362.

Magnitudo et quodammodo statura *Nebriæ brevicollis* Fabr., paullo tamen angustior; thoracis forma vero præcipue differt.

Caput latum, nigrum, lævigatum, pone oculos transversim tenue impressum, fronte inæquali; oculis piceis; ore ferrugineo. Antennæ dimidio corporis parum breviores, pilosæ, ferrugineæ; articulis quatuor baseos piceo-nigris, nitidis. Thorax cordatus, niger, postice valde constrictus, anterius rotundatus, angulis omnibus productis, acutis, basi truncatus, apice late sed haud profunde emarginatus, lateribus antice tenuiter, posterius latius reflexis, supra valde inæqualis, depressus, disco anguste vero sat profunde canaliculato, intra basin transversim profunde impressus, ibique rude rugoso-punctatus, et fovea elongata profundiori, angulari utrinque impressa; disco antico læviori, obsolete ruguloso. Scutellum lævigatum, postice rotundatum, nigrum. Elytra oblongo-ovata, nigra, postice vix dilatata, modice convexa, disco depressa, punctato-striata; interstitiis elevatis, convexis, lævigatis. Corpus subtus, pedibusque piceum, segmentis utrinque impressis; tarsis ferrugineis.

27. Nebria *caucasica* Ménétriés. Tab. III. f. 2.

Picea, depressa; elytris oblongo-ovatis, punctato-striatis, interstitiis planis, lævibus, macula verticali, antennis, pedibusque rufo-ferrugineis.

Ménétriés, Catalogue, p. 112. n. 361.

Statura et colore *Nebriæ Hellwigii* Duft. simillima, paullo tamen minor et forma thoracis postice plerumque latiori abunde differt.

Caput læve, piceum, vertice ferrugineum, fronte nonnihil elevata, fovea lata, plana, inter antennas utrinque; oculis sat prominulis, globosis, nigris. Antennæ totæ ferrugineæ, articulis quatuor baseos glabris, nitidis, reliquis rufo-pubescentibus. Thorax cordatus, posterius modice constrictus, piceus, lævis, intra basin et apicem depressus, lateribus reflexus, foveola elongata, profunda, juxta basin utrinque. Scutellum triangulare, piceum, læve. Elytra oblongo-ovata, picea, posterius vix dilatata, pone medium nonnihil attenuata, apice rotundata vix bi-sinuata, supra parum convexa, disco tenue depressa, punctato-striata; interstitiis deplanatis, lævibus; sutura pallidiora. Corpus subtus piceum, læve, nitidum; abdomine foveolato; pedibus gracilibus, rufo-ferrugineis.

28. Chlænius *pubescens* Ménétriés.

Latus, totus niger, opacus; thorace depresso, medio disci, posticeque rude punctato, cum capite nitidiore, vix æneo; elytris tenue striatis, interstitiis planis, creberrime rugoso-granulatis.

Ménétriés, Catalogue, p. 114. n. 371.

Magnitudine et colore *Chlœnio sulcicolli* Sturm, propinquus.

Caput læve, nitidum, nigrum, subæneum, oculo acute armato rugulosum, inter antennas utrinque obsolete, et antice transversim profunde impressum. Antennæ totæ nigræ, subpubescentes. Thorax subquadratus, anterius nonnihil angustior, basi truncatus, rectangulus, angulis acutis, sed haud productis, lateribus sublinearibus, tenue marginatis, antice parum latius explanatis; disco antico modice convexo, nitido, lævi, late sed haud profunde canaliculato, canalicula punctis majoribus sat crebre impressa, postice et ad latera depressus, confertissime rugoso-punctatus, fovea elongata, plana, utrinque impressus, ibique sat dense testaceo-pubescens. Scutellum parvum, triangulare, nigrum, læve. Flytra oblongo-ovata, thorace duplo fere latiora, lateribus sublinearia, apice rotundata, tenuiter bisinuata, supra modice depressa, leviter striata, interstitiis deplanatis, confertissime ruguloso-granulatis, nigra, opaca, vix æenescentia, pube tenui testacea nonnihil vestita. Corpus subtus nigrum, subnitidum, obsolete punctatum, pube testacea tenuiter obtectum. Pedes nigri, corpore nitidiores, vix pubescentes.

29. Chlænius *flavipes* Ménétriés.

Oblongus; capite thoraceque angustatis, cæruleo-æneis, nitidis; elytris violaceo-viridi-æneis, subopacis; ore antennis, thoracis margine laterali, pedibusque testaceo-pallidis.

Ménétriés, Catalogue, p. 114. n. 373.

Statura et magnitudine *Chlænio æneocephalo* Dej. haud dissimilis, paullo tamen angustior.

Caput nitidum, cœruleo-viridi-æneum, læve, parce griseo-pubescens, inter antennas sat profunde bi-impressum; ore pallido, subferrugineo; antennarum articulis basi pallidis, extrorsum obscurioribus. Thorax angustatus, apice posticeque truncatus, basi rectangulus, lateribus ultra medium parum dilatatis, rotundatis, ante angulum posticum sat profunde sinuatis, angulis posticis rectis, subprominulis, acutis, margine laterali leviter reflexus, anguste pallidus; supra planus, violaceus, nitidus, rude punctatus, anterius adhuc nitidior, fovea longa et sat profunda juxta basin utrinque, ibique ut in canalicula disci crebrius punctulatus, undique tenuiter griseo-pubescens. Scutellum triangulare, impressum, læve, piceum. Elytra sat elongata, thorace plusquam duplo latiora, sublinearia, in medio vix dilatata, basi retusa, apice rotundata tenue bi-sinuata, supra depressa, obscure-viridi-cyanea, striata; interstitiis parum elevatis, sat crebre punctulatis, undique griseo-pubescentia unde subopaca. Corpus subtus piceo-nigrum, tenue coriaceum, vix pubescens. Pedes testaceo-pallidi; tarsis vix obscurioribus.

Var. B. Paullo latior; capite thoraceque viridi-æneis, elytris obscure viridi-æneis; antennis tarsisque obscurioribus; corpore subtus piceo.

30. Chlænius *nitens* mihi.

Oblongo-ovatus; capite thoraceque læte viridi-æneis, nitidis; elytris brevibus, obscure-violaceis, opacis, testaceo-pubescentibus; ore antennarum articulis 1—3, baseos, pedibusque rufo-testaceis.

Statura et magnitudo *Chlænii nigricornis* Fabr.

Caput viridi-æneum, nitidissimum, inter oculos foveolis tribus minutis vix impressis, et anterius bicarinatum; ore, palpisque rufo-testaceis. Antennarum articulis baseos 1—3, nitidis, rufo-testaceis, reliquis fuscis, opacis, dense pubescentibus. Thorax viridi-æneus, nitidus, angulis anticis nonnihil deflexis, lateribus marginatis, anterius dilatatis, rotundatis, basi truncatus, angulis rectis, obtusis, haud prominulis, supra deplanatus, crebre et rude undique ruguloso-punctatus, medio disci canaliculatus, fovea parva, oblonga, marginem posticum versus utrinque impressa, pube tenui testacea parce obtectus. Scutellum viridi-æneum, subtriangulare. Elytra brevia, thorace duplo latiora, sublinearia, lateribus parum reflexa, supra depressa, obscure violacea, opaca, striata; interstitiis deplanatis, confertissime tamen obsolete punctulatis, tenuissime testaceo-pubescentia, intra marginem series e foveolis, profundis, impressis. Corpus subtus undique minute vero creberrime ruguloso-punctatum, subpubescens; abdomine nigro; pectore violaceo, subnitido. Pedes rufo-testacei, nitidi, sparsim pubescentes.

31. DINODES *Mailei* SOLIER. Spec. Gen. Tom. V. p. 671.

Dinodes nigripes mihi olim.

Supra cyaneus, subvirescens, nitidus; elytris elongato-ovatis, striatis, interstitiis rude-punctatis; antennarum art. primo apice ferrugineo; subtus obscure-violaceo, pedibusque nigris.

Statura et summa affinitas *Dinodis rufipedis* BON.

Caput porrectum, minutissime ruguloso-punctatum, viridi-violaceum, inter oculos fovea elongata utrinque tenue impressa; palporum omnium quatuor apicibus ferrugineis; ore nigro. Antennæ pubescentes; articulo primo extrorsum ferrugineo, secundo et tertio nigro, nitido, reliquis fuscis, opacis. Thorax subquadratus, lateribus subrotundatis, marginatis, angulis anticis nonnihil deflexis, posticis rectis, subacutis, supra deplanatus, ubique rude, sed vage, et versus basin crebrius ruguloso-punctatus, dorso angustissime canaliculato, juxta basin fovea lata, sat elongata, et admodum profunda utrinque impressa. Scutellum parvum, triangulare, lævigatum, viride, depressum. Elytra oblongo-ovata, parum convexa, striata, striis subpunctatis, interstitiis deplanatis, sparse sed rude punctatis, apice utrinque nonnihil sinuata, et margine laterali seriatim foveolata. Corpus subtus obscure violaceum, nitidum, punctis magnis, obsoletis vage dispersis, impressum; femoribus, tibiisque nigris; tarsis piceis.

32. Dinodes *viridis* Ménétriés.

Supra viridi-æneus, pubescens, subtus cum pedibus piceis; antennis palpisque totis pallido-ferrugineis; thoracis foveis posticis brevioribus.

Ménétriés, Catalogue, p. 115. n. 377.

Statura præcedentis, paullo tamen minor, præsertim angustior, thoracis foveis posticis aliter locatis, et elytrorum striarum interstitiis plerumque minutius sed multo crebrius punctulatis differt.

Caput subdeflexum, læve, viridi-æneum, nitidum, sub oculo acute armato minutissime punctatum, foveola angusta, elongata inter antennas utrinque tenue impressa; oculis submajoribus, valde prominulis, globosis, aterrimis; ore piceo; palpis, antennisque pallido-ferrugineis. Thorax saturate viridi-æneus, nitidus, basi apiceque truncatus, angulis posticis rotundatis, anticis rectis, acutis, lateribus deflexis, disco antico modice convexus, postice valde depressus, leviter anguste canaliculatus, punctis majoribus sed minus crebre undique dispersis, fovea subrotundata juxta ipsam basin utrinque profunde impressa, pube brevissima, testacea parce obtectus. Scutellum triangulare, viridi-æneum, postice valde acuminatum, supra longitudinaliter tenue impressum. Elytra oblongo-ovata, apice rotundata, vix bi-sinuata, basi retusa, supra modice convexa, disco tenuiter depressa, saturate viridi-ænea, subnitida, æqualiter punctato-striata, interstitiis planis, confertissime sed minutissime punctatis, pube grisea, brevissima tenue obtecta. Corpus subtus cum pedibus nigro-piceum, nitidum; tarsis parum pallidioribus.

33. Badister *Anchora* Ménétriés.

Niger, nitidus; antennarum basi, thorace utrinque, elytrorum basi late, his sutura anguste, macula postica communi parva, pedibusque rufo-testaceis.

Ménétriés, Catalogue, p. 116. n. 380.

Magnitudine et colore exacte Bad. bi-*pustulato* Fabr., proximus, sed illo dimidio fere angustior, etsi non brevior.

Caput nigrum, latum, breve, convexiusculum, nitidum, lævigatum; ore ferrugineo; palporum articulis baseos 1—2 ferrugineis, tertio nigro, apice ipso testaceis. Antennæ capite cum thorace paullo longiores, articulo primo baseos rufo-testaceo, 2—6 fuscis, subnitidis, subsequentibus ferrugineis, opacis. Thorax cordatus, utrinque rufo-testaceus, basi et antice truncatus, posterius valde angustatus, angulis posticis obtusis, rotundatis, lateribus tenuiter explanatis, marginatis, angulis anticis acutis, sat deflexis, supra modice convexus, lævis, disco longitudinaliter anguste profunde vero canaliculatus, fovea lata et sat profunda juxta basin utrinque. Scutellum triangulare, subconvexum, læve, nigrum. Elytra sublineari-elongata, nigra, posterius vix dilatata, apice obtuse rotundata, fere truncata, æqualiter acute marginata, margine ipso ferruginea, supra parum convexa, striata, interstitiis planis, lævigatis, intra basin late, sutura usque ad apicem anguste, et macula parva, subtransversa, communi paullo pone medium rufo-testacea. Abdomen nigrum, sat incrassatum, vel cylindricum, læve. Pedes rufo-testacei; tarsis ferrugineis.

34. PRISTONYCHUS *pretiosus* MIHI.

Depressus, thorace breviore, angulis posticis productis, acutis ; elytris thorace triplo fere latioribus , purpureo-æneis, tenuiter punctato-striatis ; corpore subtus piceo.

Statura fere *Sphodri cimmerii* STEV. , sed duplo fere minor et plerumque magis depressus.

Caput porrectum , oblongo-rotundatum , nigrum , nitidum, læve, obsoletissime parce strigosum, pone oculos nonnihil constrictum ; fronte plana , fovea parva , rotundata , sat impressa inter antennas utrinque et versus os tenue punctulata ; palpis rufis. Antennæ thorace longiores ; art. 3-baseos piceo-ferrugineis , nitidis , reliquis fusco-pubescentibus. Thorax brevis, subcordatus, apice late sed haud profunde emarginatus, ibique angulis prominulis, nonnihil deflexis, acutis, lateribus tenuiter reflexis, ante medium valde dilatatis, rotundatis, posterius angustatis , sinuatis , angulis posticis fere rectis , vix prominulis, subdeflexis, acutis, in ipso angulo foveola parva, rotundata impressus , basi truncatus , leviter marginatus , supra evidenter undique transversim rugulosus , niger , nitidus , disco antico modice convexus, postico sat depressus, medio disci canaliculatus, intra apicem lunatim impressus, et intra marginem lateralem foveolis minutis serie colocatis, prætere̦a fovea plana elongata juxta basin utrinque. Scutellum triangulare, læve, nitidum , nigro-piceum , supra vix impressum. Elytra lata , oblongo-ovata , thoracis basi duplo latiora , medium versus dilatata, intra apicem leviter sinuata, apice ipso parum attenuata, basi bi-sinuata, nigro-marginata, angulis humeralibus valde pro-

minentibus, acutis, supra admodum deplanata, purpureo-æenea, nitida, tenue punctato-striata, interstitiis planis, lævibus, foveola rotunda, parva pone scutellum utrinque impressa, in stria secunda a margine series e foveolis subocellatis, profunde impressis. Corpus subtus piceum, nitidum. Pedes valde elongati, tenues, piceo-ferruginei; tarsis rubiginosis.

35. Pristonychus *gratus* mihi.

Niger, depressus; capite angustato, subcylindrico; thorace elongato, postice constricto, ibique angulis productis, obtusis; elytris elongato-ovatis, purpureis.

Sphodro inæquali Panz. Entomogr. Ros. Tom. II. p. 116. Tab. XXXVI. fig. 7. valde assimilis, tamen thoracis forma plerumque magis elongata bene differt.

Caput deflexum, elongatum, angustum, subcylindricum, lævissimum, nigrum, fovea plana elongata, inter antennas utrinque; palpis piceis. Antennæ ut in præcedente. Thorax niger, elongatus, anterius parum dilatatus, rotundatus, pone medium constrictus, angulis posticis porrectis, nonnihil productis, obtusis, basi truncatus, in medio tenue emarginatus, lateribus tenuiter explanato-marginatis, margine ipso æqualiter reflexo, supra sat depressus, valde inæqualis, lævis, vel obsoletissime parce strigosus, disco in medio profundius canaliculatus, fovea basali profunda sat elongata utrinque, ibique obsolete rugosus. Scutellum triangulare, postice obtusum, disco transversim impressum. Elytra elongato-ovata, apice acuminata, basi sat retusa, lateribus valde reflexis, seriatim foveolatis, supra modice

convexa, disco antico sat impressa, purpurea, striata, striis vix punctatis, interstitiis subelevatis, lævibus. Corpus subtus tenuissime coriaceum, cum pedibus nigrum; tarsis piceis.

36. PRISTONYCHUS *hepaticus* MIHI.

Valde angustatus, totus obscure-brunneus; thorace elongato, postice profunde bi-impresso, utrinque tenuiter sinuato; elytris subconvexis, parum punctato-striatis, vix obscurioribus.

Statura, magnitudine et colore *Pristonycho eleganti* DEJ., Spec. Gen. Coleopt. Tom. III. pag. 59 valde assimilis, sed antennarum longitudine, præsertim thoracis impressionibus posticis profundioribus differre videtur.

Caput sat elongatum, anterius angustatum, subdeflexum, inter antennas modice bi-impressum, læve, sed fronte nonnihil inæquali; oculis parum prominulis, griseis, nigro-notatis. Antennæ capite cum thorace parum longiores; articulis baseos 1—3 palpisque vix pallidioribus. Thorax latitudine dimidio fere longior, anterius parum dilatatus, tenue sinuatus, basi rectangulus, angulis acutis vix porrectis, supra lævis, disco antico parum convexus, sat profunde canaliculatus, canalicula obsoletissime strigosa, ante apicem parum impressus, fovea elongata, profunda, juxta basin utrinque, et punctorum obsoletorum ad marginem lateralem serie impressis. Scutellum postice rotundatum, supra planum. Elytra vix obscuriora, valde elongata, apice nonnihil attenuata, subrotundata, supra parum convexa, tenuiter punctato-striata, angulis humeralibus sat porrectis, acutis. Abdomen subcylindricum; pedibus vix pallidioribus.

37. Platynomerus *caspius* Ménétriés.

Alatus, totus niger; capite brevi, antice vix bi-impresso; thorace quadrato, lateribus sublinearibus; elytris latis, ovatis, opacis, subdepressis, obsolete punctato-striatis.

Pristonychus caspius, Ménétriés, Catalogue, p. 116. n. 385.

Sphodro Terricola paullo brevior, sed multo latior, et plerumque magis depressus.

Caput crassum, breve, supra modice convexum, transversaliter obsolete strigosum, foveola plana parva inter antennas utrinque vix impressum; oculis parum prominulis, nigris. Antennæ capite cum thorace parum longiores; articulis tribus baseos, palpisque piceis, glabris, reliquis fuscis, tenue pubescentibus. Thorax quadratus, longitudine vix latior, basi truncatus, angulis rectis, vix prominulis, acutis, subextrorsis, lateribus sublinearibus, in medio anterius vix dilatatis, apice truncatus, ibique angulis deflexis, obtuse rotundatis, supra modice convexus, lateribus leviter explanato-marginatus, niger, subnitidus, transversim obsolete strigosus, disco tenuissime canaliculato, intra apicem nonnihil depressus, fovea lata, subrotundata, sed haud profunda juxta basin utrinque, ibique transversim tenuiter rugoso-punctatus. Scutellum subtriangulare, postice obtusatum, supra vix elevatum, lævissimum. Elytra ovata, nigra, opaca, basi thoracis parum latiora, in medio ampliata, apice rotundata, subacuminata, leviter bi-sinuata, supra parum convexa, lateribus reflexa, ad margines tenuiter seriatim foveolata, foveolis valde remotis, æqualiter obsolete punctato-striata, interstitiis planissimis, lævigatis. Corpus subtus parum incrassatum,

obsolete coriaceum, nigrum, nitidum. Pedes piceo-nigri, parce pilosi; femoribus omnibus præsertim anticis incrassatis; tarsis ferrugineis, sat dense rufo-setosis.

Platynomerus mihi *Genus novum.*

Character generis.

Mandibulæ breves, validæ, subarcuatæ, acutæ, basi extrorsum profunde excavatæ, ipso apice inflexæ.

Palporum articulis ultimis cylindricis, elongatis, utrinque attenuatis, apice subacuminatis.

Labrum supra latum, transversum, truncatum.

Mentum latum, profunde bi-sinuatum, in medio rotundatum, acute bi-dentatum.

Antennæ filiformes, compressæ; articulo primo subsecuriformi, secundo multo breviori, tertio valde elongato, reliquis subæqualibus, antrorsum sensim tenuioribus, articulo ultimo oblongo-ovato.

Pedes breves, validi; femora antica breviora, in medio valde dilatata, vel ovata, intus profunde carinata; tibiis anticis interne ad apicem sat profunde excavatis, ibique longe-spinosis; tarsis anticis in mare articulis tribus baseos æqualibus, sat dilatatis, brevibus, cordatis; ultimo minuto, subsimplici, vel reliquorum triplo fere minor; unguiculis omnibus introrsum dense et acute denticulatis.

A *Πλατύνω* dilato, et *μηρος* femur.

38. Calathus *alternans* mihi.

Depressus, oblongo-ovatus; supra aterrimus, subtus pedibusque nigris; thorace postice latiore, ibique angulis valde elevatis; elytris profunde striatis, disco quadri-punctatis.

Statura fere *Calathi lati* Dej, sed duplo minor, et plerumque magis angustata.

Caput oblongo-rotundatum, inter antennas inæquale. Antennæ thorace parum longiores, piceæ, pube griseo-testacea extrorsum densius obsitæ, unde opacæ; articulis tribus baseos rufo-piceis, nitidis. Thorax subtransversus, longitudine paullo latior, apice late, nec profunde emarginatus, angulis prominulis, acutis, lateribus reflexus, posterius late explanatus, anterius nonnihil angustatus, angulis posticis porrectis, obtusis, basi truncatus, disco tenuiter depressus, aterrimus, nitidus, lævis, in medio anguste at sat profunde canaliculatus, intra basin utrinque crebre sed obsolete punctulatus, elytris arcte aplicatus. Scutellum breve, triangulare, læve, piceo-nigrum. Elytra brevia, ovata, thoracis basi vix latiora, lateribus reflexa, in medio nonnihil dilatata, apice attenuata, apice ipso rotundata, supra depressa, aterrima, nitida, sat striata, interstitiis parum convexis, lævibus; in stria tertia a sutura utrinque punctis quatuor, parvis, impressis, et intra marginem foveis minutis serie colocatis. Corpus subtus cum pedibus rufo-piceum, pilis longis nonnullis obsitum.

Var. β. Duplo fere major; capite obsolete strigoso; thorace intra basin et apicem tenuiter depresso, undique leviter et obsolete transversim ruguloso.

39. Anchomenus *collaris* Ménétriés.

Apterus; capite piceo; ore, thoraceque rufis, antennis, pedibusqne pallidis; elytris totis nigris, crenato-striatis, pubescentibus, punctisque tribus disci impressis.

Ménétriés, Catalogue, p. 117. n. 395.

Statura et magnitudine *Anchomeno prasino* Fabr. assimilis, paullo tamen major, præcipue elytris latioribus, thorace breviore, posticeque angustiore abunde differt.

Caput porrectum, latum, subrotundatum, nigrum, læve, nitidum, vertice modice convexum; collo tenue constricto; fronte bi foveolata; ore rufo. Antennæ dimidio corpore parum breviores, pallido-testaceæ. Thorax cordatus, apice posticeque truncatus, angulis posticis obtusis, fere truncatis, apicis vix productis, acutis, pone medium angustatus, subsinuatus, ultra medium rotundatus, lateribus undique æqualiter sat reflexis, supra modice depressus, rufus, lævis, parum pubescens; latera antica nonnihil deflexa, postica leviter explanata, depressa, ibique obsolete sed crebre rugoso-punctatus, medio disci canaliculatus, fovea valde elongata, ad angulum profundiore juxta basin utrinque. Scutellum triangulare, rufum, postice valde acutum, supra pone medium tenue depressum. Elytra thorace triplo fere latiora, in medio parum latiora, apice rotundata, basi retusa, humeris sat productis, rotundatis, supra modice convexa, nigra, testaceo-pubescentia, rude punctato-striata, interstitiis elevatis, grosse punctatis; in stria secunda a sutura punctis tribus remotis impressis. Corpus subtus rufum, pube testacea, tenui, obtectum; pedibusque pallidis.

10. Agonum *chalconatum* Ménétriés.

Oblongo-ovatum, supra obscure-æneum; thorace subtransverso; elytris ovatis, subtiliter striatis, punctisque tribus obsoletis impressis.

Ménétriés, Catalogue, p. 118. n. 398.

Statura et colore *Agono elongato* Dej., proximum, tamen paullo minus, et forma et punctura elytrorum diversus.

Caput rotundatum, subdeflexum, læve, nitidum, obscure æneum, anterius tenuiter bi-impressum. Antennæ nigræ; ore subferrugineo. Thorax latitndine vix brevior, lateribus æqualiter rotundatus, supra modice convexus, obscure æneus, nitidus, obsolete transversim strigosus, medio disci tenuissime canaliculatus, fovea brevi, profunda basali utrinque, et altera ante medium transversa vero minus profunda. Scutellum postice rotundatum, æneum, sublæve. Elytra ovata, obscure ænea vel ærea, ovata, subdehiscentia, angulis apicalibus subsingulatim obtuse rotundatis, tenue æqualiter striata, striis subtilissime crenatis, interstitiis planis, lævibus, punctis tribus, remotis, impressis in singulo, quarum uno in linea tertia intra basin, et duo posterius remota, in linea secunda a sutura; intra marginem præsertim apicem versus foveolata. Corpus subtus nigrum, subtiliter æreo-micans; segmentorum lateribus foveolatis. Pedes tenues, elongati, nigro-picei; tibiis, tarsisque tenuiter rufo-setosis.

FERONIÆ Latreille.

41. Poecilus *obscurus* mihi.

Elongatus; capite thoraceque glaberrimo, æreo, lucido; elytris obscurioribus, æreis, opacis; corpore subtus nigro, subvirescenti, nitido; pedibus piceis.

Statura et magnitudo *Pæcili lepidi* Fabr. quo paullo tamen longior, præsertim magis parallelus.

Caput porrectum, æreum, lævissimum, lucidum, inter antennas fovea plana, oblonga utrinque. Antennarum articulis baseos 1—3 nigris, glabris, subsequentibus piceis, et griseo-pubescentibus. Thorax subquadratus, latitudine paullo longior, antice nonnihil retusus, ibique angulis parum prominulis, obtusis, postice truncatus, lateribus subrotundatis, supra modice convexus, æreus, lucidus, intra marginem anticum fovea lata, transversa, sat profunda, in medio canaliculatus, intra basin transversaliter tenuiter depressus; foveis duabus, oblongis, approximatis utrinque, ibique tenue punctatus. Scutellum æreum, triangulare, nitidum. Elytra elongata, angusta, subparallela obscure-ærea, fere nigra, opaca, lateribus reflexa, ante apicem utrinque sinuata, supra nonnihil plana, profunde striata, interstitiis convexis, lævibus, disco punctis quatuor utrinque serie impressa, intra marginem carinata, foveolis nonnullis in fundo carinulæ seriatim impressis. Corpus subtus nigrum, subvirescens, obsolete punctulatum, nitidum; femoribus crassiusculis, nigro-piceis, glaberrimis; tibiis piceis, scabrosis, subsetosis; tarsis piceo-ferrugineis, pube testacea sat dense tectis.

42. Poecilus *erythropus* Steven.

Oblongus, viridi-cyaneus, subnitidus; thorace subquadrato, violaceo; elytris oblongo-ovatis, striatis, pone medium punctis tribus serie impressis; femoribus rufis; tibiis piceis; tarsis nigris.

Statura et magnitudine *Pœcilo dimidiato* Fabr. proximus, paullo tamen angustior, et *cupreo* semper plerumque latior.

Caput porrectum, nigrum, subvirescens, obsoletissime rugulosum, fronte inter antennas fovea oblonga utrinque impressa; ore et palpis ferrugineis. Antennarum articulis 1—2 baseos rufis, subsequentibus nigris, opacis, fusco-pubescentibus. Thorax subquadratus, apice late emarginatus, ibique angulis sat prominulis acutis, postice truncatus, lateribus rotundatus, marginatus, supra sublævis, modice convexus, violaceus, basin versus subvirescens, in medio tenue canaliculatus, intra basin foveis duabus utrinque impressis, quarum exterior parva, subrotunda. Scutellum triangulare, nigrum, lævissimum. Elytra oblongo-ovata, subparallela, viridi cyanea, crenulato-striata, interstitiis subconvexis, lævissimis, in stria tertia a sutura pone medium puncta tria serie impressa, ad margines serie e foveolis minutissimis notata. Corpus subtus aterrimum, obsolete coriaceum, nitidum; femoribus crassiusculis, rufis; tibiis piceis, scabrosis, sparse setosis; tarsis nigris, subpubescentibus.

Varietas β. Cyaneo-virens, vel saturate viridis; capite evidenter undique ruguloso; ore, palpisque nigris; thorace transversim strigoso, intra apicem in medio foveola lata, at haud profunda, impresso; elytris viridi-æneis.

Observatio. Diu hæsi in accipienda hac specie, inprimis cum illustrissimus Comes Dejean literis d. 22. Martii 1832 datis inter alia eam varietatem *P. cuprei* declaret. E characteribus deinde Coleopt. gen. Tom. III. p. 210 indicatis elucet, illustriss. Comitem sufficientem quantitatem hujus speciei ad manus non habuisse. Plus quam 50 exemplaria examinavi et in omnibus characteres supra enunciatos constanter observavi; major est et latior, femoribus ferrngineis. Nec *Pæcilum nemorensem* Meg., nec *Platysoma affine* Sturmii possideo, quæ æque ad *P. æneum* trahuntur. Non amori novæ creandæ speciei, sed convictioni internæ species hæc conservationem debet.

43. Argutor *umbratus* Ménétriés.

Apterus, lævis, rufo-ferrugineus, valde depressus, thorace postice bi-striato; elytris oblongo-ovatis, obsolete striatis, punctisque tribus disci impressis.

Ménétriés, Catalogue, p. 119. n. 404.

Argutore vernali Fabr. paullo minor, præsertim angustior, elytris vero plerumque magis ovatis.

Caput latum, subrotundatum, lævissimum vel politum, ferrugineum, nonnihil infuscatum, antice leviter bi-impressum, et linea angustissima, transversa, vix impressa inter antennas; oculis parum prominulis, griseis, in medio nigris; vertice juxta thoracem foveolis parvis, duabus, remotis, rotundatis sat impressum. Antennæ testaceæ; articulis baseos pallidis. Thorax subquadratus, latitudine vix brevior, basi truncatus, angulis fere rectis, vix prominulis, in ipso angulo puncto parvo impressus, lateribus sublinearibus, in medio nonnihil dilatatis,

apice leviter emarginatus, supra pone medium depressus, ibique obsolete rugosus, disco antico polito, ferrugineus, subinfuscatus, stria impressa juxta basin utrinque et foveola plana intra apicem in medio. Scutellum triangulare, nonnihil depressum, obscure-ferrugineum. Elytra oblongo-ovata, rufo-ferruginea vix infuscata, basi retusa, apice rotundata, haud sinuata, supra valde depressa, tenuiter striata, interstitiis lævissimis, punctis tribus valde remotis disco serie impressis, ad marginem foveolis rotundatis, subocellatis seriatim sat profunde impressis. Corpus subtus piceum, obsoletissime strigosum. Pedes pallidi; tarsis ferrugineis.

44. Omaseus *caucasicus* Ménétriés.

Apterus, niger; thorace quadrato, postice subangustato, basi utrinque bi-striato; elytris oblongis, subparallelis, disci punctis tribus impressis; pedibus piceis.

Ménétriés, Catalogue, p. 119. n. 407.

Omaseo Nigrita Fabr. paullo major.

Caput subdeflexum, læve, nitidum, foveola plana suboblonga, inter antennas utrinque, et linea angusta, vix impressa summo vertice transversa. Antennæ crassiusculæ, capite cum thorace vix longiores, piceæ. Thorax quadratus, latitudine vix brevior, basi truncatus, in medio tenue emarginatus, angulis vix prominulis, acutis, anterius nonnihil dilatatus, lateribus anguste marginatis, apice late nec profunde emarginatus, supra modice convexus, medio disci anguste canaliculatus, obsolete strigosus, intra basin utrinque sat profunde bi-striatus. Scutellum piceum, minutum, triangulare vix convexum. Elytra

oblonga, subparallela, apice rotundata, sub-bisinuata, supra modice convexa, sat profunde striata, striis tenue punctatis, interstitiis planis, lævibus, puncta tria sat remota disco impressa, in stria secunda a margine series e foveolis, posterius subconfluentibus, impressis. Corpus subtus piceo-nigrum, pilis nonnullis dispersis obsitum. Pedes breviusculi, validi, picei.

45. Omaseus *armenus* mihi.

Oblongo-ovatus, subparallelus, aterrimus, politus, depressus; thorace postice utrinque profunde bi-foveolato; elytris crenulato-striatis, foveolis quinque in singulo serie impressis.

Statura et magnitudine fere *Omasei Nigritæ* Fabr., paullo tamen latior, præsertim brevior et robustior, forma thoracis quadratiori plerumque differt.

Caput subdeflexum, lævissimum, foveis duabus inter oculos tenue impressum, et inter antennas versus os nonnihil inæquale. Antennæ nigræ, pubescentes; articulis tribus baseos, glabris, aterrimis, nitidis. Thorax subquadratus, latitudine paullo longior, anterius parum dilatatus, apice late emarginatus, angulis prominulis, acutis, lateribus antice rotundatus, valde deflexus, margine ipso reflexo, parum incrassato, posterius nonnihil angustatus, angulis posticis rectis, acutis, basi subtruncatus, in medio perparum retusus, supra lævissimus, politus, disco antico modice convexus, postico sat depressus, medio longitudinaliter tenue canaliculatus, foveolis duabus, elongatis sat impressis intra basin utrinque. Scutellum parvum, triangulare, læve. Elytra ovata, basi thoracis vix latiora, humeris nonnihil prominulis, pone basin parum dilatata, apice tenue sinuata,

rotundata, supra depressa, nitida, sat profunde striata, in fundo striarum leviter punctulata, interstitiis planis, lævissimis; inter strias 2 et 3 a sutura punctis majoribus quinque remotis ordine impressis, et intra marginem series e foveolis subocellatis. Corpore subtus pedibusque piceo-nigris, nitidis, obsolete regulosis.

46. Omaseus *æneipennis* mihi.

Oblongus, niger, nitidus; thorace postice viridi-æneo, utrinque profunde foveolato; elytris profunde striatis, olivaceo-æneis; corpore subtus pedibusque nigro-piceis; tarsis rufis.

Statura et magnitudine *Omaseo anthracino* Illiger proximus, tamen multo brevior.

Caput porrectum, elongato-rotundatum, nigrum, læve, nitidum, vertice subvirescens, fovea rotundata profunde impressa inter antennas utrinque. Antennæ piceæ, subpubescentes. Thorax subquadratus, longitudine paullo latior, ante medium dilatatus, posterius nonnihil angustatus, lateribus rotundatus, reflexus, apice emarginatus, subtiliter marginatus, ibique angulis parum prominulis, obtusis, basi truncatus, in medio supra scutellum vix emarginatus, angulis obtusis, supra modice convexus, disco tenue depressus, nec non canaliculatus, niger, nitidus, posterius subtiliter virescenti-æneus; fovea magna, rotundata, sat profunda, fundo punctulata, intra basin utrinque. Scutellum minutissimum, triangulare, nigrum. Elytra oblongo-ovata, thorace latiora, ultra medium nonnihil dilatata, postice subsinuata, apice ipso rotundata, supra modice convexa, olivaceo-ænea, nitida, profunde striata, interstitiis elevatis, punctis tribus remotis disci impressa, et intra marginem series foveola-

rum, postice paullo crebriorum. Corpus subtus nigro-piceum, nitidum, minute punctulatum. Pedes crassiusculi; femoribus tibiisque nigro-piceis; tarsis rufis, setosis.

47. Omaseus *crassipes* Ménétries.

Alatus, supra nigro-piceus; thorace subcordato, basi obsolete punctato, tenue utrinque bi-impresso; elytris oblongis, subparallelis, punctisque tribus sat impressis; subtus rufo; femoribus valde incrassatis.

Ménétriés, Catalogue, p. 120. n. 410.

Statura et magnitudo exacte *Omasei Nigritæ*, eo vix tamen minor, præsertim paullo angustior.

Caput deflexum, lævissimum, politum, piceo-nigrum, foveolis duabus, angustis, planis, inter antennas utrinque, pilis nonnullis longissimis, rigidis, rufis obsitum; ore ferrugineo. Antennæ thorace parum longiores, piceæ; oculis sat prominulis, rotundatis, luridis. Thorax subcordatus, basi exacte truncatus, angulis rectis, acutis, anterius dilatatus, rotundatus, apice late sed minus profunde emarginatus, ibique angulis parum productis, sat deflexis, lateribus æqualiter reflexus, disco antico parum convexus, lævissimus, nitidus, postico depressus, ibique obsolete punctatus, utrinque ad basin leviter bi-impressus. Scutellum ferrugineum, læve. Elytra oblonga, subparallela, apice subrotundata, sat profunde bisinuata, supra nonnihil convexa, disco antico tenue depressa, æqualiter profunde striata, interstitiis convexis, lævissimis, punctis tribus remotis, sat impressis in singulo. Corpus subtus rufum, obsolete coriaceum; abdomine impresso, subpunctato; segmentorum lateribus

infuscatis. Pedes validi; femoribus valde incrassatis; tibiis, tarsisque longe setosis.

48. Omaseus *caspius* Ménétriés.

Apterus niger; thorace cordato, anterius valde dilatato, postice subbistriato; elytris ovatis, profunde striatis, punctisque tribus disci impressis.

Ménétriés, Catalogue, p. 112. n. 420.

Statura *Omaseo Melano* Creutz., subsimilis, tamen minor, et plerumque magis angustatus.

Caput porrectum, latum, rotundatum, læve, inter antennas leviter bi-impressum; oculi parvi, globosi, luridi. Antennæ ferrugineæ, capite cum thorace paullo longiores; articulis tribus baseos piceis; palpis rufis. Thorax cordatus, posterius valde angustatus, ante medium dilatatus, rotundatus, basi subsinuato-truncatus, angulis vix prominulis, acutis, apice late et sat profunde emarginatus, angulis productis, obtusis, supra convexus, medio disci deplanatus, sat profunde et late canaliculatus, obsoletissime strigosus, juxta basin utrinque tenuiter bi-impressus, lateribus æqualiter acute marginatus. Scutellum triangulare, lævissimum, medio disci nec non impressum. Elytra ovata, utrinque attenuata, apice obtuse rotundata, sat profunde bi-sinuata, disco deplanata, profunde striata, striarum marginibus leviter crenulatis, interstitiis convexis, lævissimis, puncta tria disci majora, sat impressa, et ad margines seriatim profunde foveolata. Corpus subtus nigrum, coriaceum. Pedes validi, picei; tarsis ferrugineis.

Observ. In diagnosi Menetriesii legendum: « *thorace cordato, vostice tenue bistriato.* »

49. Omaseus *deplanatus* Ménétriés.

Alatus, niger, subdepressus; capite breviore, porrecto; thorace subcordato, postice profunde bi-impresso; elytris elongatis, subovatis, punctato-striatis, punctisque duobus minutis postici impressis.

Ménétriés, Catalogue, p. 121. n. 415.

Præcedenti subsimilis, tamen plerumque magis angustatus et thorace postice coarctato.

Caput subrotundatum, parvum, nigrum, undique minute et vage punctatum, linea angusta, transversa inter antennas, fronte nonnihil crebrius punctata, tenue bi-impressa. Antennarum articulus primus basi niger, reliquis sensim sensimque pallidioribus. Thorax subcordatus, basi subsinuato-truncatus, angulis rectis, vix prominulis, acutis, ultra medium dilatatus, rotundatus, posterius angustatus, ante angulum posticum tenue sinuatus, apice truncatus, angulis valde deflexis, obtusis, supra convexus, niger, disco tenuiter deplanato, obsolete strigoso, intra basin leviter transversim depressus, utrinque profunde bi-impressus. Scutellum triangulare, postice acutum, supra transversim sat depressum, nigrum, postice vix elevatum. Elytra oblonga subovata, apice rotundata, ibique sat profunde bisinuata, basi valde retusa, humeris sat prominulis, acutis, supra parum convexa, disco antico depressa, sat profunde striata, striis punctatis, interstitiis parum convexis, obsoletissime rugosis; in interstitio tertio a sutura puncta duo parva paullo ante apicem in singulo. Corpus subtus piceo-nigrum. sat crebre punctatum; pedes validi, picei; tarsis ferrugineis.

50. Steropus *variabilis* Ménétriés.

Apterus, niger; thorace breve, cordato, angulis posticis obtusis; elytris porterius vix dilatatis, profunde striatis, interstitiis convexis, inæqualiter sed crebre punctatis.

Ménétriés, Catalogue, p. 122. n. 416.

Magnitudine *Steropodis æthiopis* Duft. tamen thorace multo angustiore, elytrisque latioribus distinguitur.

Caput subdeflexum, parum elongatum, læve, nigrum, nitidum, foveola subelongata fundo exarata inter antennas utrinque; palporum apicibus brunneis. Antennæ totæ nigræ, extrorsum tenuiter fusco-pubescentes. Thorax brevis, cordatus, basi truncatus, angulis obtusis, anterius dilatatus, rotundatus, apice obtusus, in medio emarginatus, lateribus reflexis, supra in medio valde deplanatus, obsolete parce strigosus, niger, nitidus; fovea breviore sed profunda, postice dilatata intra basin utrinque, et intra apicem canalicula semicirculare et altera disci sat profunda; præterea fovea rotundata, plana supra scutellum. Scutellum triangulare, in medio transversim tenuiter depressum. Elytra oblonga, thorace sat remota, posterius vix dilatata, apice obtuse rotundata, subtruncata, nonnihil dehiscentia; supra modice convexa, nigra, subopaca, disco plana, profunde striata, interstitiis convexis, obsolete rugulosis; tertia, quinta et septima a sutura punctis irregulariter impressis circiter quindecim in singulo elytro; ad margines carinata, seriatim foveolata. Corpus subtus tenuissime coriaceum, cum pedibus piceonigrum, nitidum, abdomine foveolis nonnullis impressum; segmento ultimo in medio sat impresso.

51. Platysma *Anachoreta* Ménétriés.

Alatum, valde depressum, nigro-piceum ; capite majori, subdeflexo ; thorace cordato, postice coarctato ; elytris totis planis, punctisque tribus impressis ; copore subtus, pedibusque rufo-piceis.

Ménétriès, Catalogue, p. 121. n. 414.

Statura et magnitudine *Platysmati spinimano* Creutzer, proximum, tamen plerumque magis depressum, et paullo majus.

Caput latum, crassiusculum, lævissimum, nigro-piceum, nitidum ; fronte leviter inæquale, utrinque subtiliter canaliculata, pilis aliquot rufis, rigidis obsitum. Antennæ capite cum thorace parum longiores, articulis tribus baseos piceis, glabris, nitidis, extrorsum fuscis, dense pubescentibus. Thorax cordatus, postice valde coarctatus, anterius dilatatus, rotundatus, basi truncatus, rectangulus, angulis acutis, nec prominulis, apice obtusus, in medio tenue emarginatus, angulis sat deflexis ; supra modice convexus, medio disci paullo, posterius sat depressus, nigro-piceus, lævissimus, nitidus, anguste canaliculatus, intra apicem tenue, et ad angulum posticum utrinque profunde bi-impressus. Scutellum subtriangulare, postice obtusum, læve, piceum. Elytra-lineari-elongata, apice rotundata, bi-sinuata, basi in medio valde retusa, unde humeris sat productis, rotundatis ; supra tota plana, nigro-picea, nitida, æqualiter striata, striarum marginibus crenulatis, interstitiis lævissimis, sat depressis, punctis tribus valde remotis in singulo impressis, ad margines sat profunde seriatim foveolata. Corpus subtus rufo-piceum, obsolete coriaceum, adpressum ; pilis nonnullis longis, rigidis, rufis obsitum. Pedes validi, corpore concolores.

52. Platysma *pulchellum* mihi.

Parvum, nigrum; antennis, ano, pedibusque ferrugineis; thorace cordato, basi emarginato, ibique profunde bi-impresso; elytris brevioribus, ovatis, posterius attenuatis crenato-striatis, punctisque tribus impressis.

Omaseo anthracino multo brevius, tamen haud angustius et *Platysmati brunneo* Eschsch. valde assimilis.

Caput latum, breve, crassiusculum, nigrum, politum; fronte inæquali, utrinque sat impressa, pilis aliquot longis, rigidis obsitum; oculis parum prominulis, griseis. Antennæ totæ ferrugineæ. Thorax latus, posterius valde angustatus, ante angulum posticum sat profunde sinuatis, unde angulis productis, acutis, basi truncatus, in medio sat profunde emarginatus, apice subtruncatus, angulis nonnihil productis, acutis, deflexis, lateribus æqualiter reflexis, supra in medio deplanatus, niger, lævis, nitidus, intra basin transversim sat depressus, ibique crebre punctatus, et fovea elongata profunda ad basin parum dilatata utrinque; disco sat profunde canaliculato. Scutellum læve, nigrum, nitidum, postice rotundatum. Elytra brevia, ovata, subparallela, posterius attenuata, apice subrotundata, picea tenuiter bi-sinuata; supra nonnihil convexa, nigra, ante medium subdepressa, profunde striata, striatum marginibus sat crebre crenatis, interstitiis leviter convexis, lævissimis; puncta tria lata, inæqualiter sat remota in singulo. Corpus subtus nigro-piceum, confertissime at obsoletissime punctulatum; segmentorum lateribus subtiliter foveolatis. Pedes breviusculi, lævigati, cum ano ferruginei.

53. Pterostichus *Schönherri* mihi.

Mysosodus Megerle.

Depressus, totus niger; capite majori; thorace valde inæquale, postice profunde bi-impresso; elytris subopacis, catenulato-striatis, subpilosis, punctisque irregulariter impressis.

Mysosodo irregulari Steven Entomogr. Ros. Tom. II. pag. 123, Tab. XXXVII, fig. 9, proximus.

Caput magnum, subelongatum, porrectum, nigrum, nitidissimum, vertice sub oculo acute armato subtiliter punctulatum; fronte inæquali, utrinque profunde impressa, et puncta duo remota sat profunde impressa inter antennas in medio; oculis parvis, vix prominulis, griseis. Antennæ thorace parum longiores, crassiusculæ, nigræ; articulis tribus baseos glabris, nitidis, subsequentibus dense griseo-pubescentibus, et setulis testaceis sparsim obsitis. Thorax cordatus, latitudine paullo longior, apice truncatus, in medio emarginatus, angulis prominulis, porrectis, obtusis, lateribus nonnihil explanato-marginatis, margine ipso reflexo, anterius dilatatus, subrotundatus, posterius multo angustior, et sat constrictus, basi sinuato-truncatus, angulis rectis, acuminatis; supra niger, nitidus, disco depressus, undique obsolete transversim strigosus, in medio longitudinaliter profunde et late canaliculatus, intra apicem tenuiter et intra basin valde depressus, præterea fovea oblonga, magna, profunda juxta basin utrinque. Scutellum triangulare, supra leviter impressum, politum. Elytra lata, oblonga, basi thoracis duplo latiora, apice obtuse rotundata, tenue sinuata, parum dehiscentia, utrinque valde reflexa, in medio vix dilatata,

basi retusa, angulis humeralibus prominulis, reflexis, acutis, supra depressa, nigra, subopaca, pilis longis, rigidis, nigris sparsim obsita; in singulo elytro striæ octo angustissimæ, fundo striarum subtilissime punctulato; interstitia 1, 3, 5 a sutura integra, plana; 2, 4, 6 magis elevata, crebre interrupta; intra marginem lineæ duæ intricatæ, et series foveolarum subocellatarum; punctis majoribus nonnullis irregulariter disparsis, impressis. Corpore subtus et pedibus aterrimis, nitidis; tarsis subferrugineis.

54. Pterostichus *montivagus* Ménétriés.

Apterus, niger; thorace cordato, postice utrinque profunde striato elytris subparallelis, vix depressis, quadripunctatis; antennis pedibusque piceis.

Pterosticho parumpuntato Germ. subsimilis paullo tamen angustior.

Caput magnum, ovatum, læve, nigrum, pone oculos impressum: foveola parva, plana inter antennas utrinque, linea collari angustissima, obliqua; ore, palpis, antennisque ferrugineis; antennarum articulo ultimo, palporum apicibusque testaceis. Thorax cordatus, basi sinuato-truncatus, angulis rectis, acutis, ante angulum utrinque sat profunde sinuatus, ultra medium valde dilatatus, rotundatus, explanato-marginatus, apice late et sat profunde emarginatus, angulis productis, reflexis, subacutis, supra planus, niger, obsolete strigosus, lateribus ante medium sat deflexus, intra apicem circulariter impressus, et fovea lata et profunda juxta basin utrinque. Scutellum triangulare, læve. Elytra elongata, subparallela, apice obtuse ro-

tundata, vix bi-sinuata, subdehiscentia, angulis interioribus rotundatis, lateribus carinata, basi rectangulariter truncata, supra modice convexa, nigra, in medio disci depressa, profunde æqualiter crenato-striata, in singulo punctis quatuor, æqualiter valde remotis, impressa, margine laterali, posterius et ad apicem picea. Corpus subtus tenuissime coriaceum, castaneum, pilis longis aliquot rigidis, rufis inæqualiter obsitum. Pedes elongati, tenues, corpore vix dilutiores; tarsis ferrugineis.

55. Pterostichus *Nivicola* Ménétriés.

Apterus, supra niger; thorace cordato, capite vix latiore postice profunde striato; elytris planiusculis, posterius subdilatatis, apice obtuse singulatim rotundatis, quadripunctatis.

Ménétriés, Catalogue, p. 123. n. 417.

Præcedenti confinis, tamen elytrorum forma posterius dilatata abunde differt.

Caput magnum, latum, subrotundatum, nigrum, læve, foveola angusta, elongata, subsinuata inter antennas utrinque sat impressa; palpis ferrugineis; antennis piceis. Thorax parvus, cordatus, capite modo parum latior, niger, posterius valde angustatus, ante angulum posticum utrinque sat sinuatus, angulis posticis rectis, acutis, basi vix, sed apice late et profunde emarginatus, angulis prominulis, obtusis, supra obsoletissime vage strigosus, fovea postica utrinque valde profunda, elongata, disco late canaliculatus, et lateribus late explanato-marginatus, ante medium sat dilatatus, rotundatus. Scutellum triangulare, postice sat acutum, nigrum, læve.

Elytra oblonga, posterius parum dilatata, apice obtuse rotundata, vel subtriangulata, supra sat deplanata, striata, nigra; striis creberrime punctatis; interstitiis planis lævibus, punctis quatuor in singulo impressis, quarum duæ approximatæ ante medium in linea 3, 5 a sutura, et duæ ante apicem in linea tertia utrinque. Corpus subtus piceum, tenue coriaceum, nitidum; pilis aliquot longis, rigidis obsitum. Pedes elongati, tenues, corpore concolores.

56. Abax *inapertus* mihi.

Niger, depressus; thorace quadrato, postice profunde bifoveolato; elytris profunde crenato-striatis, disco sexpunctatis.

Statura *Abacis Striolæ* Fabr. sed triplo fere minor.

Caput oblongo-rotundatum, porrectum, politum, foveola elongata, sat profunda inter oculos utrinque; palpis rufis. Antennæ thorace vix longiores, art. 3, baseos nigris, glabris, nitidis; reliquis piceis, griseo-pubescentibus. Thorax quadratus, apice late emarginatus, angulis subprominulis, acutis, lateribus marginatus, margine elevatus, ante medium parum dilatatus, vix rotundatus, pone medium utrinque tenue sinuatus, angulis posticis rectis, acutis, basi truncatus, in medio nonnihil retusus, supra valde depressus, obsoletissime transversim strigosus, medio disci tenuiter canaliculatus, intra apicem et paullo pone medium sat impressus; foveæ duæ elongatæ, profundæ intra basin utrinque, interiore longiore. Scutellum breve, transversum, postice obtusum, supra parum convexum. Elytra basi thorace latiora, ovata, in medio dilatata, apice rotundata, tenue

sinuata, lateribus valde reflexa, supra depressa, profunde striata, in fundo striarum minute crenulata, interstitiis nonnihil convexis, lævibus, nitidis, foveolis tribus parvis, rotundatis in singulo remota serie impressa, præterea intra marginem foveolis plurimis serie colocatis. Corpus subtus piceo-nigrum, obsolete strigosum, nitidum. Pedes longiusculi, tenues, piceo-nigri, nitidi; tarsis fuscis.

57. Abax *Arator* mihi.

Oblongo-ovatus, depressus, niger; thorace postice profunde bi-impresso; elytris subsulcatis, disco octo-punctatis.

Præcedenti valde affinis, tamen paullo minor; thorace antice profundius emarginato, et elytrorum punctura præcipue differt.

Caput subrotundatum, porrectum, lævissimum, fronte sat profunde bi-foveolata, inter antennas subtiliter transversim canaliculata. Antennæ thorace paullo longiores, crassiusculæ, opacæ, nigro-fuscæ, pubescentes; art. 3 baseos nigris, glabris, nitidis. Thorax subquadratus, latitudine parum longior, apice late et profunde emarginatus, angulis prominulis, acutis; lateribus in medio rotundatus, reflexus, versus angulos posticos subsinuatus, basi truncatus, elytris arcte adplicatus, intra basin transversim, et ante medium lunatim tenuiter depressus, præterea foveæ duæ explanatæ intra basin utrinque. Scutellum parvum, transversum, læve, postice rotundatum. Elytra oblongo-ovata, basi thorace parum latiora, humeris prominulis, lateribus valde reflexa, ultra medium vix dilatata, ante apicem oblique sinuato-attenuata, apice ipso rotundata, supra sub-

sulcata, interstitiis parum elevatis, sulcis lævibus, in secundo a sutura puncta duo remota, et alia duo juxta tertium anterius in singulo; intra marginem series e foveolis subocellatis. Corpus subtus piceum, læve. Pedes elongati, nigro-picei; tarsis fuscis.

Var. β. Nitidior, nigro-piceus; antennæ thorace vix longiores; elytris crenulato-striatis, interstitiis parum deplanatis, thoracis elytrorumque margine ferrugineis; corpore subtus fusco. Forsan species diversa.

58. PELOR *rugosus* MÉNÉTRIÉS.

Apterus, niger; thorace transverso, obsolete rugoso-punctato, lateribus late explanatis; elytris convexis, subtiliter punctato-striatis, transversim rugulosis.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 124. n. 422.

Statura *Peloris blaptoidis* CREUTZER, parum tamen major.

Caput crassum, breve, nigrum, subporrectum, undique obsolete strigosum; fronte inæquali, leviter bi-foveolata, linea punctata semicirculari ante apicem. Antennæ breves, crassiusculæ, nigræ, nonnihil pubescentes. Thorax transversus, longitudine triplo fere latior, convexus, basi et apice subsinuatim truncatus, lateribus rotundatus, posterius late explanatus, niger, disco vix canaliculatus, undique obsolete rugosus, et minute punctulatus. Scutellum transversum, vix elevatum, lævigatum, nigrum. Elytra convexa, subcylindrica, apice attenuata, bisinuata, subacuminata, lateribus profunde carinata, tenue punctato-striata, interstitiis planis, transversim rugosis, latera læviora, ante apicem valde retusa ibique interstitiis parum con-

vexis. Corpus subtus sat incrassatum, obsolete coriaceum, nigrum, nitidum, pilis nonnullis rufis, rigidis obsitum, abdomine subfoveolato. Pedes breves, validi, nigri.

59. Zabrus *gibbosus* Ménétriés.

Alatus, niger, nitidus, convexus; thorace transverso, antice posticeque crebre punctato, basi profunde bi-foveolato; elytris posterius parum dilatatis, subtiliter punctato-striatis, interstitiis totis planis.

Ménétriés, Catalogue, p. 124. n. 424.

Zabro gibbo Fabr. subsimilis, tamen paullo major, et plerumque magis incrassatus.

Caput subtransversum, deflexum, crassiusculum, nigrum, nitidum; vertice modice convexum, lævissimum anterius obsolete parce strigosum, foveola brevi, angusta sed admodum profunda inter oculos utrinque, præterea linea transversa, sat impressa, et ad apicem transversaliter exarato-carinatum; oculis globosis, sat prominulis. Antennæ capite cum thorace haud longiores, cum palpis testaceo-ferrugineis. Thorax brevis, latitudine dimidio fere brevior, niger, lævis, subtilissime vage strigosus, nitidus, valde convexus, medio disci gibbus, juxta basin et ante medium transversim tenue depressus, ibique præsertim postice crebre punctulatus, tenuissime canaliculatus, lateribus vix rotundatus, posterius late explanatus, basi rectangulus, subtiliter bi-sinuatus; fovea subrotundata valde profunda, juxta basin, et puncto uno ad marginem ante medium utrinque. Scutellum latum, subtriangulare, læve, piceum. Elytra valde fornicata, oblonga posterius parum dilatata, basi rectan-

gula, angulis productis, acutis, apice rotundata, utrinque sinuata, nigra, piceo-marginata, subtiliter punctato-striata, interstitiis valde deplanatis, lævibus, ad margines intra basin et ante apicem series e foveolis impressis. Corpus subtus tenue coriaceum, crassum, castaneum; segmentis transversim series e punctis impressis, et ad anum utrinque sat impressum. Pedes breves, validi; pilis nonnullis longis, rigidis, rufis obsiti, corpore concolores.

60. Zabrus *Morio* Ménétriés.

Alatus, piceus; thorace subquadrato, postice leviter biimpresso; elytris postice valde retusis, subtiliter striatis, interstitiis obsolete rugulosis.

Ménétriés, Catalogue, p. 125. n. 426.

Præcedenti valde assimilis, paullo tamen minor, et quodammodo convexior.

Caput valde deflexum, rotundatum, piceum, foveolis inter oculos minus profunde impressum, et ad apicem transversim sulcatum; sulco profunde exarato; ore, palpis, antennisque rufo-ferrugineis. Thorax subquadratus, longitudine paullo latior, apice posticeque truncatus, angulis anticis rotundatis, posticis rectis, acutis; lateribus posterius explanato-marginatus, subpunctatus; supra scutellum transversaliter sat depressus, ibique foveola breviori, plana, juxta basin utrinque. Scutellum ut in præcedente. Elytra posterius vix dilatata, subcylindrica, postice valde retusa, tenuiter punctato-striata interstitiis planis, obsolete rugulosis, ante apicem sat profunde sinuata, subangulata,

margine rufa. Corpus subtus valde incrassatum, cum pedibus rufo-piceum.

Anne varietas præcedentis?

Varietas β. (*Z. rufo-marginatus* Ménétriés.)

Colore pallidiore; thorace distinctius ruguloso; elytrorum striarum interstitiis vix lævioribus, quodammodo differt.

61. Pelobatus *Heros* Mannerheim. (Gen. *Eutroctes* Zimmerm.)

Elongatus, subparallelus, totus niger, vix æneus; thoracis disco impunctato, obsolete strigoso; elytris creberrime rugosis, subseriatim punctatis, lateribus viridi-æneis.

Statura *Zabro aurichalceo* Adams proximus, sed dimidio major, præsertim latior.

Caput porrectum, breve, obsolete vero sat crebre strigosum, nigrum, inter oculos tenue bi-impressum, ibique linea transversa tenuissima; intra apicem vix carinatum. Antennæ dimidio thoracis vix longiores, crassiusculæ, piceæ; articulis tribus baseos nigris; palporum apicibus ferrugineis; oculis parvis, rotundatis, vix prominulis, griseis. Thorax subquadratus, latitudine paullo brevior, niger, basi et intra apicem confertim sed minute punctatus, medio disci tenuiter canaliculatus, canaliculæ marginibus crenulatis, intra basin transversim valde, et ante medium semicirculariter tenue depressus, foveola parva, rotundata, sat profunda, juxta basin utrinque. Scutellum breve, subtriangulare, supra inæquale, nigrum. Elytra thorace fere latitudine, elongata, subparallela, postice vix dilatata, pone medium utrinque profunde sinuata, apice oblique subattenuata, angulis posticis suturalibus rotundatis; supra convexa, postice

sat retusa, nigra, lateribus declivia, ad margines profunde carinata, ibique viridi-æenea, undique confertissime rugulosa, rugulis sat elevatis; in medio disci subseriatim crebre et profunde punctata, latera versus obsoletiora. Corpus subtus tenuissime coriaceum, cum pedibus nigrum, nitidum; abdomine inæqualiter impressum.

62. Pelobatus *costipennis* mihi.

Elongatus, supra viridi-æneus, nitidus; fronte profunde bifoveolata; thorace confertissime sed minute punctato; elytris elongato-ovatis, creberrime rugosis, striis tribus elevatis in singulo.

Præcedenti subsimilis tamen paullo major, præsertim latior.

Caput rotundatum, deflexum, minutissime sat crebre undique punctatum, viridi-æneum, nitidum, summo vertice lævius, detritissime strigosum. Antennæ crassiusculæ, piceo-nigræ. Thorax viridi-æneus, nitidus, longitudine paullo latior; basi sinuato-truncatus, angulis rectis, obtusis; lateribus rotundatis, late præsertim posterius explanatis; apice late sed haud profunde emarginatus, angulis parum productis, subacutis; supra convexus, confertissime vero minute, sed ad basin et ad lateram fortius punctulatus, pone medium transversim valde depressus, ibique tenue bi-foveolatus, medio disci longitudinaliter subtilissime canaliculatus. Scutellum æreum, læve, nitidum. Elytra elongato-ovata, basi thoracis nonnihil latiora, in medio parum dilatata, apice profunde bisinuata, apice ipso subacuminata; supra modice convexa, viridi-ænea, nitida, lateribus deflexis, carinatis, confertissime ubique rugulosa, rugulis valde elevatis,

punctis majoribus irregulariter sat dense impressa, lineis tribus elevatis in singulo. Corpus subtus nigrum, subæreum, coriaceum, valde inæquale. Pedes validi, aterrimi, subsetosi.

Var. β. Paullo angustior, et vix longior, supra cyaneocupreus, elytrorum striis subintricatis, fronte minus profunde impressa.

63. Pelobatus *chalceus* mihi.

Elongatus, totus nigro-violaceus, subæneus; fronte tenuiter bi-foveolata; thorace vage punctulato, disco læviore; elytris ovatis, subseriatim rugosis, punctis majoribus plurimis immixtis.

Statura et magnitudine præcedentis, paullo tamen latior, nec longior; fronte minus profunde impressa; thorace anterius paullo angustiore et minus convexo, elytrorum rugis obsoletioribus bene differt.

Caput breve, subdeflexum, nonnihil rotundatum, læve, vel obsoletissime strigosum, fronte tenue bi-impressa, nigrum, nitidum; ad apicem lævissimum, transversim carinatum, et linea transversa vix impressa inter antennas. Antennæ piceæ, extrorsum fuscæ. Thorax latitudine dimidio fere brevior, anterius parum angustatus, basi et apice tenuiter emarginatus, lateribus rotundatus, explanato-marginatus, angulis omnibus parum productis, obtusis, supra modice convexus, minute et vage punctatus, disco lævior, nigro-violaceus, marginibus subæneus, pone medium transversim valde depressus, ibique ad basin leviter bi-foveolatus. Scutellum transversum, subtriangulare, nigrum. Elytra basi thoracis latiora, dein medium versus sat

dilatata, apice rotundata, sat profunde sinuata, apice ipso subacuta; supra fornicata, ad basin transversim sat depressa, apice retusa, lateribus sat profunde carinata, undique crebre rugosa, rugis interdum in lineas digestis, punctis majoribus plurimis irregulariter immixtis, nigro-violacea, ad latera subænea. Corpus subtus incrassatum, tenuiter coriaceum, æreum. Pedes validi, aterrimi; femoribus obsolete transversim rugosis.

64. Pelobatus *aureolus* mihi.

Brevior, oblongo-ovalis, gibbus, anthracinus, nitidus, supra viridi-æneus; elytris fornicatis, crebre intricato-cicatricosis, apice profunde sinuatis.

Præcedente multo brevior, paullo latior, præsertim gibbior.

Caput magnum, subrotundatum, crassum, deflexum, nigrum, subæneum, nitidum, læve, vel obsoletissime strigosum; fronte tenuiter bi-impressa; intra apicem transversim leviter carinatum. Oculi rotundati, vix prominuli, luridi. Antennæ breves, crassiusculæ, nigræ, opacæ; articulis tribus baseos nitidis. Thorax transversus, antice parum angustatus; apice nonnihil retusus, rufo-fimbriatus, angulis vix prominulis, acutis; lateribus rotundatus, late præsertim posterius explanatus, margine subreflexus, incrassatus; basi truncatus, angulis fere rectis, obtusis; supra convexus, in medio gibbus, niger, nitidus, subviridi-æneus, in disco sparsim, versus basin crebrius ruguloso-punctatus, intra apicem semicirculariter tenue depressus, medio leviter canaliculatus, juxta basin transversim valde depressus. Scutellum subtransversum, postice rotundatum, supra inæquale, læve, nigrum, nitidum. Elytra brevia, lata, basi thoracis sat

latiora, versus medium dilatata, ante apicem profunde sinuata, apice ipso acute rotundata, margine sat reflexa, basi truncata, angulis humeralibus productis, acutis; supra valde convexa, seu fornicata, undique crebre et profunde intricato-cicatricosa; punctis magnis vel foveolis numerosis sat crebre impressa; cupreo-ænea, nitida, intra marginem lateralem carinata, viridi-aurea; sutura nonnihil incrassata, nigra; disco subgibbo. Corpus subtus valde incrassatum, nigrum, anterius subæneum; obsolete coriaceum, subnitidum. Pedes validi, nigri, nitidi.

65. PELOBATUS *lugubris* MIHI.

Brevior, oblongo-ovalis, obscure-æneus; capite, thoraceque nitidis; elytris totis opacis, confertissime subseriatim cicatricosis.

Præcedenti valde assimilis, paullo vero brevior, vix latior, et minus depressus; thorace majore præcipue differt.

Caput valde retractum, deflexum, crebre sed obsolete strigosum, fovea parva, plana, inter oculos utrinque, nigrum, subæneum, nitidum. Antennæ ut in præcedente. Thorax brevis, apice et postice late emarginatus, angulis posticis rectis, obtusis; apicis prominulis, acutis; inæqualiter vage punctatus, obsolete rugosus, viridi-æneus, vel cupreus, nitidus; disco parum lævior, subdidymus, gibbus, posterius valde retusus, supra scutellum transversim valde depressus, ibique crebre rugoso-punctatus, et fovea lata, et profunda juxta basin utrinque, lateribus præsertim posterius late explanatis. Scutellum transversum, nigrum, sublæve. Elytra basi thoracis parum latiora, in medio ampliata, apice rotundata, profunde sinuata,

angulis humeralibus porrectis, acutis, supra in medio gibba, ad basin sat depressa, undique creberrime interdum subseriatim cicatricosa, irregulariter rude punctata, ænea, tota opaca. Pectus in medio ferrugineum, lateribus subæneum, abdomine sat incrassato, obsolete sed crebre strigoso, nigro, nitido. Pedes validi, nigri, pilis nonnullis nigris rigidis obsiti.

Var. β. Paullo major, præsertim latior, totus niger, subæreus; elytris interdum interrupte tristriatis, viridi-marginatis.

66. Amara *Morio* Ménétriés.

Breviter ovata, tota nigra; thorace brevi, anterius angustato, postice utrinque obsolete bi-foveolato; elytris subtilissime punctato-striatis; antennarum basi testacea.

Ménétriés, Catalogue, p. 126. n. 433.

Statura *Amaræ communi* Fabr. proxima, dimidio tamen major, præsertim latior.

Caput deflexum, rotundatum, nigrum, læve, nitidum; fronte tenuiter bi-impressa, subrugosa, et lineola transversa inter antennas. Antennæ thorace vix breviores, nigro-piceæ; articulis duabus baseos rufo-testaceis; palpis nigris, apice ferrugineis. Thorax latus basi elytrorum exacte latitudine, et arcte applicatus, anterius parum angustatus, lateribus leviter rotundatus, apice late et sat profunde emarginatus, angulis productis, deflexis, subacuminatis, basi truncatus, angulis rectis, obtuse-rotundatis, supra modice convexus, niger, disco longitudinaliter sat profunde vero anguste canaliculatus, lævis, foveolis duabus remotis, planis ad basin utrinque, præterea in ipsum angulum posticum puncto rotundato impressus, margine postice

nonnihil ferrugineus. Scutellum brevissimum, parum impressum. Elytra lata, brevia, vix dehiscentia, intra apicem utrinque profunde sinuata, subacuminata, lateribus modice reflexa, supra nonnihil convexa, nigra, subtiliter striata: striis sub oculo acute armato punctulatis; interstitiis planis, lævibus; juxta marginem series e foveolis majusculis impressis. Corpus subtus, pedibusque piceo-nigris.

67. Amara *cordicollis* Ménétriés.

Oblongo-ovata, picea, subænea; thorace brevi, subcordato, pone medium utrinque sinuato, angulis posticis productis, deflexis, acutis; pedibus testaceo-ferrugineis.

Ménétriés, Catalogue, p. 127. n. 435.

Statura *Amaræ torridæ* Panz. propinqua tamen dimidio minor, et posterius magis attenuata.

Caput porrectum, subrotundatum, piceum, læve, foveola obsoletiori inter oculos utrinque; antennarum basi, palpisque testaceo-ferrugineis. Thorax longitudine dimidio fere latior, basi truncatus, angulis rectis, productis, acutis, deflexis, lateribus in medio dilatato-rotundatus, posterius utrinque sinuatus, apice leniter emarginatus, angulis obtusis, supra modice convexus, obscure-æneus, utrinque piceo-marginatus, supra scutellum transversim sat depressus, ibique crebre et rude punctatus, disco anteriori lævis; striis duabus approximatis juxta basin utrinque. Scutellum nigro-piceum. Elytra ovata, basi thorace latiora, in medio dilatata, dein apicem versus sat attenuata, apice tenue utrinque sinuata, subacuminata, supra non-

nihil convexa, disco antico depressa, picea, sat profunde striata; striis subpunctatis; interstitiis leviter convexis, lævibus. Corpus subtus piceo-ferrugineum, abdomine dilutiori, obsoletissime coriaceum. Pedes subtenues, testacec-ferruginei; tarsis nonnihil infuscatis.

68. Amara *propinqua* Ménétriés.

Oblonga, piceo-nigra; thorace postice angustato, anterius dilatato, rotundato, basi utrinque bistriato; elytris subtiliter punctato-striatis; antennis rufis; pedibus ferrugineis.

Ménétriés, Catalogue, p. 127. n. 441.

Statura præcedentis, tamen dimidio fere major.

Caput porrectum, rotundatum, læve, nigro-piceum. Antennæ rufæ, articulis quatuor ultimis pallido-testaceis. Thorax subquadratus, posterius angustatus, ante medium dilatatus, rotundatus, lateribus æqualiter sat reflexus, apice posticeque leniter emarginatus, angulis posticis fere rectis, supra lævis, niger, convexus, canaliculatus, postice depressus, juxta basin utrinque sat profunde bi-impressus, foveola interiori longiori, ibique rude punctatum. Scutellum parvum, triangulare, piceum. Elytra oblongo-ovata, picea, convexa, basi thoracis latiora, in medio tenue dilatata, apice rotundata, subtiliter sinuata, lateribus sat deflexa, carinata, æqualiter punctato-striata; interstitiis deplanatis, lævibus; disco antico leviter depressa, et ante apicem retusa. Corpus subtus piceum, læve, lateribus obsolete punctatum. Pedes mediocres, ferruginei; pilis aliquot longis, rigidis, testaceis obsiti.

69. ACINOPUS *nitidus* MIHI.

Ater, lævissimus, lucidus, subcylindricus; antennis brunneis; capite magno, valde convexo; thorace subquadrato; elytris thorace fere æqualibus, tenuissime striatis.

Statura et fere magnitudine *Acinopodis megacephali* ILLIGER. sed paullo major, nonnihil convexior et præcipue latior.

Caput magnum, politum; fronte transversim subtiliter carinata, præterea fovea parva, plana, utrinque. Antennæ brunneæ. Thorax subquadratus, antice parum dilatatus, apice truncatus, angulis anticis vix prominulis, subacutis, lateribus fere linearibus, reflexis, postice truncatus, supra convexus, politus, intra basin apiceque leviter transversim depressus, in medio longitudinaliter tenuiter canaliculatus; fovea lata at haud profunda ad basin utrinque impressus. Scutellum fere semicirculare, supra in medio depressum. Elytra subparallela, basi truncata, apice utrinque vix sinuata, lateribus valde reflexa, supra admodum convexa, vel cylindrica, tenuissime striata, interstitiis planis, lævissimis, politis; intra marginem pone medium foveolis aliquot seriatim impressis. Corpore subtus, pedibusque piceis; pilis longis rufis sparsim obsitis.

70. ACINOPUS *lævigatus* MÉNÉTRIÉS.

Niger, cylindricus; thorace quadrato; elytris tenue striatis, puncto postico impresso; antennis tarsisque ferrugineis.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 128. n. 445.

Statura præcedentis, sed duplo fere minor, præsertim brevior.

Caput deflexum, læve, nitidum, convexum, nigrum, fovea brevi et sat profunda inter antennas utrinque, ibique leviter strigosum; ore, palpis, antennisque rufo-ferrugineis; antennarum articulo primo testaceo. Thorax capite vix latior, subquadratus, postice nonnihil angustatus, basi exacte truncatus, angulis rectis, obtusis, lateribus reflexus, acute marginatus, anterius sublinearis, apice leniter emarginatus, ibique angulis productis, acutis, supra convexus, niger, lævis, intra apicem linea semicirculari tenue impressus, et canalicula longitudinali in medio disci subcrenulata, præterea fovea brevi, profunda juxta basin utrinque. Scutellum postice rotundatum, læve, piceum. Elytra sublinearia, cylindrica, brevia, apice oblique attenuata, supra valde convexa, striata, striarum marginibus subcrenatis, interstitiis deplanatis, lævibus; in interstitio secundo a sutura pone medium puncto uno utrinque impressa. Corpus subtus in medio longitudinaliter rufo-ferrugineum, lateribus, pedibusque piceis, subpilosum; tarsis testaceis.

71. Acinopus *grandis* mihi.

Latus, niger, planus; thorace transverso, obsolete ruguloso; elytris striatis, lævigatis, apice vix sinuatis; antennis, tarsisque brunneis.

Maximus hujus generis; statura *Acinopodi ammophilo* Stev. valde assimilis, vero plusquam dimidio adhuc major, et plerumque magis depressa.

Caput magnum, deflexum, vertice convexum, obsolete strigosum; fronte inter antennas exarata. Antennæ palpisque brunneis; antennarum art. quatuor baseos paullo obscurioribus.

Oculi minuti, lurido-glauci. Thorax transversus, margine antico ferrugineo-setosus, angulis anticis valde productis, lateribus valde reflexus, unde carinatus, fundo carinulæ crebre rugulosus, basi truncatus, vix bisinuatus, angulis porrectis, supra parum convexus, intra apicem subtiliter transversim depressus, medio tenue canaliculatus, undique obsolete rugulosus, fovea lata ad marginem posticum utrinque. Scutellum subtriangulare, postice rotundatum, supra transversim sat depressum. Elytra thorace parum latiora, basi bisinuata, apice utrinque subsinuata, lateribus reflexa; angulis humeralibus valde productis, rotundatis, supra lævigata, deplanata, profunde striata, interstitiis depressis; striis ipsis sub oculo acute armato subtiliter punctatis. Corpus subtus piceum, nitidum, rugulosum, punctatum; pilis longis parce obsitum. Pedes validi, pilis rufis sat crebre obsiti; femoribus, tibiisque piceis; tarsis brunneis.

Var. β. Paullo minor; capite læviori, fronte plerumque minus exarata, foveola inter oculos profundiore; corpore subtus densius rufo-piloso.

MICRODERES MIHI.

Genus novum.

CHARACTER GENERIS.

Mandibulæ longæ, tenues, apice valde arcuatæ, acutæ.

Labrum quadratum, subtransversum, apice truncatum crenatum, pilis longis obsitum.

Mentum latum, profundissime emarginatum, fundo edentulum.

Palpi inæquales, fusiformes tenues; articulo ultimo breviore, securiformi, cylindrico, apice acuto vix reflexo.

Antennæ filiformes, cylindricæ; articulo primo valido, elongato, parallelo; subsequentibus æqualibus, articulis omnibus obconicis, extrorsum incrassatis.

Pedes breves, validi; articulis quatuor anticis subdilatatis, brevissimis; tibiis sat dense spinosis, anterioribus extrorsum dilatatis, posticis tenuioribus, longioribusque, profunde punctatis et sat scabrosis; femoribus omnibus brevibus, incrassatis, oblongo-ovalibus.

Thorax parvus, brevissimus, postice cum lateribus rotundatus, ab elytris valde remotus.

A *μικρος* parvus, et *δερη* collum.

72. MICRODERES *robustus*. Tab. IV. f. 1.

Supra nigro-piceus ; capite porrecto ; thorace cordato , postice haud foveolato ; elytris planis, sulcatis, interstitiis rugulosis , lateribus sat deflexis ; corpore subtus ferrugineo.

Magnitudo et quodammodo statura *Ophoni obscuri* STURM, multo tamen brevior et plerumque robustior.

Caput porrectum, crassum, vertice convexum, piceo-nigrum, læve ; stria sat impressa inter antennas transversa et foveola minuta subrotundata utrinque, apice obsolete rugulosum, utrinque tenuiter exaratum, cum labro ferrugineum ; palpis piceis, apicibus testaceis. Antennæ nigræ, articulo primo baseos ferrugineo. Thorax cordatus, longitudine sesquitertio latior, angulis omnibus rotundatis , apice truncatus in medio leviter emarginatus, subtiliter testaceo-ciliatus , angulis valde deflexis, lateribus rotundatus, postice valde angustatus, basi obtuse rotundatus , supra modice convexus , piceo-niger, sublævis, vel obsoletissime rugulosus, linea angustissima longitudinali in medio disci , intra apicem transversim tenuiter impressus , supra angulos posticos obsolete punctatus, in medio intra basin nonnihil inæqualis ; lateribus æqualiter anguste tamen sat profunde carinatis. Scutellum latum , subtriangulare , læve, ferrugineum. Elytra breviter ovata; basi thoracis duplo fere latiora et illo valde remota, subparallela, in medio parum dilatata , apice obtuse rotundata, vix sinuata, disco plana, lateribus valde declivia, profunde striata vel sulcata, striis lævibus, interstitiis sat convexis nonnihil rugosis , piceo-nigra , basi in medio admodum retusa unde humeris valde prominulis , rotundatis, ad margines sat crebre foveolata, postice subexarata.

Corpus subtus rufo-ferrugineum, sat incrassatum, pilis longis rigidis testaceis sat dense obsitum. Pedes piceo-nigri, subpilosi, femorum basi usque fere ad apicem rufo.

Observ. Hoc coleopteron notabile in vicinitate generis *Platymetopodis* Dejean, locandum est. Thorace postice rotundato ab elytris distante facile distinguitur. Individuum unicum et quidem masculinum, propre *Nakitschusan* captum, defuncto Scovitz, debeo.

73. Ophonus *cœruleipennis* Ménétriés.

Oblongo-ovatus, subpubescens; capite thoraceque punctatis, thorace breviore, subquadrato, elytris striatis, subtiliter punctulatis, antennis pedibusque rufis.

Ménétriés, Catalogue, p. 129. n. 476. Harpalus.

Statura et magnitudine *Ophono azureo* Dej. propinquus, paullo tamen latior, nec longior.

Caput nigro-violaceum, subdeflexum, nitidum, sat crebre punctatum, fronte inter antennas inæquali, ad apicem fortius punctatum, pilis nonnullis rigidis longis obsitum; ore, antennisque rufo-ferrugineis. Thorax subquadratus, obscure violaceus, postice parum angustatus, lateribus in medio subangulatim rotundatus, basi exacte truncatus, rectangulus, angulis obtusis, apice leviter emarginatus, angulis parum productis, rotundatis, supra modice convexus, marginibus angustissime subferrugineus, ubique vage sed rude punctatus, foveola plana parva brevi juxta basin utrinque ibique crebrius punctatus, altera intra basin subtransversa, pube tenui grisea ubique sed parce obtectus. Scutellum triangulare, glaucum. Elytra basi

thoracis parum latiora, subparallela, apice subacuminata leviter bisinuata, supra modice convexa dorso fere plana, cœrulea, pube grisea parce vestita, sat profunde striata; interstitiis planis, rude et sat crebre punctatis. Corpus subtus ferrugineum, tenuiter pubescens, confertissime tamen obsolete punctulatum. Pedes mediocres, rufi; femoribus crassiusculis, subinfuscatis.

74. Ophonus *ruficrus* Ménétriés.

Latus, supra cyaneo-virens; capite thoraceque rude punctatis, thorace subquadrato, elytris tenuiter striatis, confertissime punctulatis, antennis pedibusque testaceo-ferrugineis, femoribus rufo-piceis.

Ménétriés, Catalogue, p. 131. n. 479.

Magnitudine, statura et quodammodo colore præcedentis, tamen latior et crebrius punctatus.

Caput porrectum, rotundatum, nigro-violaceum, undique vage et rude punctatum, supra planum, fronte utrinque ferruginea nonnullis pilis longis rigidis obsitum. Antennæ thorace parum longiores, testaceo-ferrugineæ, antrorsum pallidiores. Thorax subquadratus, violaceus, basi truncatus, rectangulus, angulis acutis, lateribus æqualiter reflexus, in medio subangulatim rotundatis, pone medium nonnihil angustatus, apice late emarginatus, angulis sat deflexis rotundatis, supra ante medium paullo convexus, postice deplanatus, ubique rude punctatus, juxta basin transversim depressus, ibique crebrius punctatus, leviter bi-impressus, disco tenuissime canaliculatus. Scutellum minutissimum, exacte triangulare, piceum. Elytra oblonga, subparallela, cyanea, subviridia, apice oblique attenuata, pro-

funde bisinuata, supra convexa, striata, interstitiis subplanis, punctulatis; disco fere plano, pube undique vestita. Corpus subtus piceo-rufum, obsolete punctatum, subpilosum. Pedes breviusculi testaceo-ferruginei, vix pilosi; femoribus extus piceis et paullo densius rufo-pilosis.

75. Ophonus *læviceps* Ménétriés.

Elongato-ovatus, nigro-piceus; capite lævigato, thorace longiore subcyanescens, elytris deplanatis dense griseo-pubescentibus apice subtruncatis, antennis pedibusque testaceis.

Ménétriés, Catalogue, p. 130. n. 478.

Præcedente paullo longior, sed haud latior.

Caput subdeflexum, piceo-nigrum, lævigatum, politum, apice inæquale; fronte leviter bi-impressa; antennis palpisque pallido-testaceis; oculis vix prominulis, griseis. Thorax latitudine longior, postice angustatus, basi in medio vix emarginatus, angulis rotundatis, apice late et sat profunde emarginatus ibique angulis deflexis subacuminatis, lateribus ante medium rotundatus, supra modice convexus, piceus subcyaneus, pone medium sat depressus, undique obsolete punctatus, foveola lata sed valde plana juxta basin utrinque ibique et intra basin crebrius punctatus, medio disci longitudinaliter ferrugineus et ubique pube tenui obtectus. Scutellum piceum postice rotundatum. Elytra subparallela, obscure picea, sub-cyanea, basi truncata, humeris productis rotundatis, apice subtruncata, oblique attenuata, bi-sinuata, apice ipso acuminata, disco plana, sat profunde striata, interstitiis impressis, creberrime minute punctatis; pube brevissima testacea dense obtecta. Corpus

subtus nigro-piceum, obsolete sed crebre punctatum, dense pubescens; ano ferrugineo. Pedes ut in præcedentibus, pallido-testacei.

76. Ophonus *convexicollis* Ménétriés.

Brevis, niger, pubescens; capite profunde punctato, thorace transverso, convexo, elytris ovatis sat convexis, confertissime punctulatis.

Ménétriés, Catalogue, p. 130. n. 477.

Statura *Ophono chlorophano* Panz. subsimilis, paullo tamen brevior, præsertim angustior.

Caput subporrectum, nigrum profunde, punctatum; antennæ totæ rufo-ferrugineæ, pubescentes, pilis nonnullis obsitæ. Thorax transversus, niger, postice angustatus, basi rectangulus, angulis subacutis, lateribus anterius rotundatus, supra sat convexus, crebre ubique punctatus, dense griseo-pubescens. Scutellum parvum piceo-nigrum. Elytra nigra, brevia, ovata, in medio parum dilatata, apice leviter sinuata, subrotundata, supra convexa, striata, interstitiis subelevatis, inæqualibus, rude punctatis; pube tenui brevissima vestita. Corpus subtus piceo-nigrum. Pedes breviusculi, sat pilosi; femoribus incrassatis, piceis; tibiis tarsisque ferrugineis.

77. Ophonus *picicornis* mihi.

Brunneus, punctatissimus; antennis extrorsum piceis, art. 2 baseos testaceis, capite thoraceque rude-punctatis, elytris convexis, apice vix sinuatis, pedibus luridis.

Statura et magnitudine præcedentis, paullo tamen major, præsertim latior.

Caput subdeflexum, punctis majoribus sat crebre impressum, nigro-piceum; ore ferrugineo. Antennæ extrorsum piceæ; articulis 2 baseos pallido-testaceis. Thorax longitudine paullo latior, fuscus, lateribus rotundatus, postice angustatus, angulis posticis obtusis, basi vix emarginatus, supra sat convexus, ubique dense testaceo-pubescens, et rude punctatus. Scutellum minutum, brunneum. Elytra fusco-brunnea, convexa, in medio parum dilatata, apice rotundata vix sinuata, profunde striata, interstitiis obsolete rugosis, rude tamen minus crebre punctatis. Corpus subtus dense griseo-pubescens, et pilis immixtis obsitum, testaceo-luridum. Pedes crassiusculi, breves, pallidi.

78. Harpalus *nobilitatus* mihi.

Oblongus, supra totus læte violaceus; antennis palpis pedibusque rubro-testaceis; thorace breviore; elytris profunde striatis, apice obtuse rotundatis, vix sinuatis; corpore subtus piceo-nigro.

Harpalo rubripedi Creutzeri valde affinis, paullo tamen major, præsertim longior; thorace breviore et elytris apice plerumque minus sinuatis ab illo præsertim differe videtur.

Caput porrectum, undique transversim obsoletissime vero rugulosum, violaceo nigrum, scrobe minuta rotundata inter antennas utrinque profunde impressum; ore palpis antennisque rufo-testaceis. Thorax brevis, longitudine sat latior, basi exacte truncatus, rectangulus, angulis acutis, apice vix emarginatus, lateribus parum rotundatis rufo-marginatis, disco antico paulisper convexo, lateribus deflexus, postice deplanatus, ubique obsoletissime parce rugosus, juxta basin fovea lata plana, in fundo crebre punctulata utrinque tenuiter impressus; canalicula disci sat impressa et subtiliter punctulata, præterea ubique æqualiter marginatus. Scutellum triangulare, ferrugineum, postice obtuse rotundatum. Elytra oblongo-ovata, basi thoracis latitudine, dein parum dilatata, in medio subparallela, apice rotundata levissime sinuata, apice ipso rufo-marginata, supra nonnihil convexa, sat profunde striata, striis lævibus, interstitiis elevatis, obsoletissime rugosis, intra marginem serie foveolata, disco paullo pone medium punctis quatuor parvis impressa. Corpus subtus piceum, obsolete strigosum; pilis longis testaceis parce obsitum. Pedes breviusculi, rubro-testacei, pilis aliquot obsiti.

79. Harpalus *fastuosus* mihi.

Oblongus, subparallelus; capite deflexo subcyaneo; thorace transverso, cyaneo-virescente; elytris profunde striatis, apice acute bi-dentatis, viridi-cyaneis; antennarum articulo primo testaceo; pedibus rufis, corpore subtus piceo.

Statura et magnitudine *Harpalo æneo* Fabr. proximus, paullo tamen major; thorace magis transverso; elytris profundis striatis, apice acutis dentatis præcipue illo differt.

Caput magnum, deflexum, nigrum perparum cyaneum, vertice nonnihil convexum, læve, inter antennas transversim canaliculatum, rugulosum; antennarum articulo primo baseos testaceo, reliquis fuscis. Thorax transversus, apice late emarginatus, angulis anticis deflexis, subacutis, lateribus parum rotundatis, ante medium nonnihil dilatatis, postice angustatus, ad angulos posticos subsinuatus, basi late subemarginatus, tenuiter marginatus, supra cyaneo-virescens, disco antico modice convexus, sub-lævis, postico depressus; præterea fovea in fundo crebre rugoso-punctata intra basin utrinque impressus. Scutellum breve, subtriangulare, piceum. Elytra oblongo-ovata, subparallela, basi thoracis parum latiora, humeris vix prominulis, ante angulo recto exscisa, apice rotundata, supra modice convexa, laete viridi-cyanea latere pilis rufis brevibus densius obtecta, regulariter profunde striata, striarum marginibus subcrenulatis, interstitiis perparum convexis, subpunctulatis, disco tenuiter depressa, pone medium bi-punctata, intra marginem apicem versus serie scrobriculata. Corpus subtus piceum, subpilosum. Pedes crassiusculi, fusci, pilis longis nonnullis obsiti.

Var. β. Paullo minor, nitidior, præsertim angustior; thorace nigro-violaceo, lateribus ferrugineo-marginato; elytris violaceis, apice modo ferrugineo-marginatis.

80. Harpalus *virescens* mihi.

Oblongus, angustatus, supra viridi-æneus; thorace transverso; antennis pedibusque ferrugineis; elytris crenulato-striatis, interstitiis confertissime punctulatis; corpore subtus piceo-nigro.

Harpalo distinguendo Duft. valde affinis, tamen angustior et paullo longior; elytris postice plerumque magis attenuatis et punctura ab illo præcipue diversus.

Caput magnum, porrectum, subrotundatum, nigrum, nonnihil virescens, vertice læve, inter oculos foveola parva utrinque tenuiter impressum, inter antennas transversim leviter canaliculatum. Antennarum articulo primo rufo, sequentibus ferrugineis, testaceo-pubescentibus. Thorax subquadratus, longitudine paullo latior, antice nonnihil angustior, apice subemarginatus, angulis anticis sat deflexis, obtusatis, basi truncatus, supra viridi-æneus, disco antico modice convexus, intra apicem lunatim subtiliter impressus, postico deplanatus ibique crebre ruguloso-punctatus, medio disci leviter canaliculatus, et fovea parva intra basin utrinque sat profunde impressus. Scutellum brevissimum, subtriangulara, fusco-æneum. Elytra oblonga, angustata, subparallela, basi thoracis paullo latiora, in medio vix dilatata, margine nonnihil ferruginea, apice obtuse rotundata, subsinuata, supra perparum convexa, viridi-ænea, sat profunde crenulato-striata, interstitiis deplanatis, creberrime tamen minute punctulatis, et punctis duobus pone medium impressa. Corpus subtus piceo-nigrum, perparce pilosum. Pedes mediocri, ferruginei, pilis aliquot longis rufis obsiti.

Var. β. Cuprea, paullo minor præsertim brevior; elytris obsoletius punctatis quodammodo differt.

81. HARPALUS *elegantulus* MÉNÉTRIÉS.

Oblongo-ovatus, niger; antennarum articulo primo oreque rufis; thorace subquadrato, postice angustato; elytris viridi-æneo-micantibus, apice oblique truncatis.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 132. n. 500.

Magnitudine et quodammodo statura *Harpali pygmæi* DEJEAN, paullo tamen latior nec longior.

Caput subporrectum, rotundatum, nigrum, læve, pone oculos et inter antennas rude punctatum; fronte utrinque tenuiter impressa; palpis piceo-ferrugineis; ore rufo, subciliato; antennæ crassiusculæ, thorace vix longiores, nigræ; articulo primo rufo-testaceo. Thorax latitudine paullo brevior, postice angustatus, angulis omnibus obtusis, lateribus subrectis, supra convexus, niger, obsolete et vage strigosus, ante medium et intra basin transversim sat impressus, ibique et ad latera obsolete punctatus, intra marginem lateralem et præsertim angulos posticos versus explanatus. Scutellum transversum, nigrum, postice rotundatum, elevatum. Elytra thorace parum latiora, parallela, apice oblique truncata, subdehiscentia, supra valde convexa, profunde striata, interstitiis convexis, obsolete vage sed grosse punctatis, subrugulosis, nigra, certo situ violaceo-viridia, juxta basin transversim depressa. Corpus subtus parce pilosum, nigrum, sublæve. Pedes breves, picei; femoribus incrassatis, testaceo-pilosis; tibiis tarsisque nonnihil dilutioribus.

82. Harpalus *fugax* mihi.

Latus, brevis, rufo-ferrugineus ; antennis tarsisque brunneis, fronte crebre foveolata, thorace nigro, postice crebre punctulato, subviridi-æneo, elytris castaneis, crenulato-striatis, apice obtuse rotundatis, bidentatis.

Statura et magnitudine *Harpalo rubripedi* Creutzeri subsimilis, plerumque vero latior.

Caput porrectum, latum, rotundatum, vertice læve, politum, inter antennas foveolatum; ore ferrugineo; antennis rufo-testaceis. Thorax latus, subtransversus, basi tenuiter emarginatus, angulis fere rectis, subacutis, niger, lateribus vix rotundatus, angulis anticis parum productis, rotundatis, sat deflexis, disco antico angustissime ac æqualiter canaliculatus, intra basin crebre punctulatis, ibique subvirescens, præterea fovea lata plana, juxta basin utrinque. Scutellum subtriangulare, castaneum, læve. Elytra breviter ovata, lata, apice utrinque dentata, obtuse rotundata, supra modice convexa, tota castanea, crenulato-striata, interstitiis planis, politis, in interstitio tertio a sutura ante apicem puncto uno impressa. Corpus subtus, pedibusque brunneis, pilis ferrugineis parce obsitis; tarsis palpisque testaceis.

83. Harpalus *sulcatulus* mihi.

Supra aterrimus, oblongus; antennis palpis pedibusque rufo-testaceis, thorace transverso, postice truncato, tenuiter punctato, profunde bi-foveolato, elytris subsulcatis, apice rotundatis, vix sinuatis.

Harpalo brachypodi Stev. quodammodo proximus, parum tamen convexior.

Caput porrectum, majusculum, rotundatum, nitidum, inter antennas nonnihil inæquale, et puncto impresso pone oculos utrinque. Antennæ crassiusculæ, basi thoracis vix longiores, totæ cum ore et palpis rufo-testaceæ, extrorsum dense pubescentes. Thorax subquadratus, longitudine paullo latior, lateribus rectis, antice perparum angustatum, apice late nec profunde emarginatus, angulis obtusis, sat deflexis, postice truncatus, vix emarginatus, angulis rectis subacutis, undique tenuissime marginatus, margine summo ferrugineus, ante angulum posticum utrinque subsinuatus, supra parum convexus, lævis, in medio disci subtiliter canaliculatus, canaliculæ marginibus subcrenulatis, juxta basin crebre sed obsolete punctulatus, præterea utrinque sat impressus. Scutellum brevissimum, subtriangulare, læve, piceum. Elytra basi thoracis fere latitudine, in medio parum dilatata, apice obtuse rotundata, subsinuata, ibique ferrugineo-marginata, supra convexa, nitida, profunde striata vel sulcata, pone medium puncto uno impressa, interstitiis nonnihil convexis. Corpus subtus piceo-nigrum, obsolete punctulatum, subpilosum. Pedes breves, crassiusculi, rufo-testacei.

84. Harpalus *fuscicornis* Ménétriés.

Ovatus, nigro-piceus; thorace antice angustato, postice utrinque obsolete foveolato, angulis posticis rectis, elytris convexis, apice vix sinuatis, thoracis margine, antennis, pedibusque ferrugineis.

Ménétriés, Catalogue, p. 134. n. 519.

Præcedente paullo major, præsertim latior.

Caput aterrimum, politum, pilis longis rigidis rufis nonnullis obsitum, fronte nonnihil inæquale; antennarum-articulo primo pallido, reliquis ferrugineis. Thorax ante medium angustatus, posterius subparallelus, nigro-piceus, subtiliter ferrugineo-marginatus, basi leviter emarginatus, angulis rectis, acutis, apice late nec profunde emarginatus, angulis productis, rotundatis et sat deflexis, disco antico convexo, læve, pone medium perparum transversim depressus, subtilissime canaliculatus, intra basin inæqualis, obsolete rugosus. Scutellum piceum, postice rotundatum, subacuminatum, læve. Elytra ovata, thorace parum latiora, medium versus dilatata, apice obtuse rotundata, subsinuata, supra convexa, disco antico paulisper depressa, striata, interstitiis obsoletissime rugulosis, nigropicea, pone medium uni-punctata. Corpus subtus in medio pallidum, lateribus et ad anum infuscatum. Pedes breves, picei, introrsum pallidiores; femoribus incrassatis.

85. Harpalus *Faber* Ménétriés.

Ovatus, niger, supra subæneus; antennarum basi thoracisque margine rufescentibus, thorace subquadrato, antice angustato, elytris apice oblique sinuatis, interstitio tertio puncto postico impresso.

Ménétriés, Catalogue, p. 134. n. 522.

Magnitudine et statura fere præcedentis.

Caput porrectum, nigrum, læve, fronte sat profunde biimpressa, nitida. Antennæ ferrugineæ, articulo primo rufo. Thorax transversus, longitudine dimidio fere latior, basi truncatus, tenuiter emarginatus, angulis rectis, vix porrectis acutis, elytris arcte adplicatus, lateribus usque medium linearibus, ultra medium oblique angustatus, apice vix emarginatus, supra modice convexus, sublævis, niger, obsoletissime strigosus, margine ferrugineus, rugulis longitudinalibus, abbreviatis sed sat congregatis ante basin et intra apicem; præterea fovea parva plana juxta basin utrinque. Scutellum subtriangulare, vix convexum, piceum. Elytra ovata, thorace parum latiora, in medio nonnihil dilatata, apice oblique sinuata, apice ipso acuminata, supra piceo-nigra, vix ænea, striata, striis impunctatis, interstitiis paulisper convexis, lævigatis, puncto uno postico impressa. Corpus subtus aterrimum, læve, subpilosum. Pedes breves, validi, picei; femoribus incrassatis; tibiis tarsisque dilutioribus.

86. Harpalus *convexus* mihi.

Totus niger, convexus ; ovatus, subparallelus ; antennis palpis tarsisque rufo-testaceis; elytris striatis, interstitiis valde deplanatis, obsoletissime rugulosis, postice retusis, puncto postice impressis.

Statura *Amaræ affinis* Dej. dimidio tamen major, et plerumque magis convexus.

Caput aterrimum, læve, lucidum, convexum, angustatum, foveolis duabus rotundatis inter antennas impressum ; fronte apice leviter exarata. Antennæ thorace vix breviores, rufo-testaceæ ; articulo primo pallido. Oculi valde prominuli, globosi, grisei. Thorax latitudine paullo brevior, quadratus, antice nonnihil angustatus, ubique leviter rufo-marginatus, apice late nec profunde emarginatus, angulis anticis prominulis, acutis, deflexis, basi truncatus, angulis rectis obtusis, supra convexus, dorso tenuissime canaliculato, obsolete ruguloso, pone medium fossula transversa impressus et altera subrotundata juxta basin utrinque. Scutellum breve, subsemicirculare, læve, nigro-piceum. Elytra ovata, basi thoracis latitudine, dein in medio vix dilatata, subparallela, basi truncata, angulis rectis, apice obtuse rotundata, tenuiter utrinque sinuata, supra valde convexa, nigra, striata, interstitiis planis, lævissimis, pone medium bi-punctata, intra marginem scrobeolis serie impressis, ibique subpunctulata. Corpus subtus piceo-nigrum, incrassatum, pilis nonnullis rufis obsitum. Pedes breviusculi ; femoribus nonnihil incrassatis, piceo-nigris, parce pilosis ; tibiis rufis ; tarsis castaneis.

87. Harpalus *helopioides* mihi.

Totus niger, convexus, ovatus; antennis palpis tibiis tarsisque rufis; thorace quadrato parallelo, ante medium subangustato; elytris apice obtuse rotundatis, vix sinuatis, puncto uno postico impressis.

Statura præcedentis, dimidio fere major.

Caput rotundatum, deflexum, aterrimum, lævissimum, fronte leviter bi-impressa; ore piceo-ferrugineo; antennis palpisque totis rufis; oculis vix prominulis, nigris. Thorax quadratus, subparallelus, niger, ante medium vix angustatus, latitudine perparum brevior, basi rectangulus, angulis obtusis, apice leviter emarginatus, supra sat convexus, obsoletissime strigosus, pone medium tenuiter impressus, foveola parva, rotundata et profunda supra scutellum utrinque. Scutellum postice rotundatum, piceo-nigrum, læve. Elytra ovata, thorace parum latiora, in medio vix dilatata, apice obtuse rotundata, fere truncata, subtiliter sinuata, supra convexa, sat profunde striata, interstitiis planis, lævibus, striarum marginibus subtilissime crenulatis, puncto uno ante apicem impressa. Corpus subtus nigrum, subpilosum, valde incrassatum; abdomine tenue foveolato. Pedes breves, crassiusculi; femoribus piceis, tibiis tarsisque rufis.

88. Harpalus *amaroides* mihi.

Latus, oblongo-ovatus, niger; antennis palpisque rufo-testaceis, thorace latiore, postice profunde bi-impresso, elytris thorace vix angustioribus, brevibus, apice rotundatis, pedibus piceis, tarsis ferrugineis.

Magnitudine et statura quodammodo *Amaræ similatæ* Sturmii, tamen plerumque magis ampliatus, præsertim thorace latiore sat diversus.

Caput porrectum, rotundatum, nigrum, inter antennas sat profunde bi-impressum, læve, apice subrugulosum; oculis griseis, sat prominulis; antennis palpisque totis rufo-testaceis. Thorax latus, subquadratus, lateribus in medio dilatatus, subrotundatus, basi truncatus, angulis rectis, acutis, apice late et profunde emarginatus, ibique angulis sat deflexis, obtusis, supra in medio disci impressus, tenuissime canaliculatus, niger, lævis, fovea oblonga profunda juxta basin in medio utrinque. Scutellum subtriangulare, pone medium subtiliter impressum. Elytra thorace vix angustiora, brevia, nigra, apice obtuse rotundata, vix sinuata, lateribus parallela, supra parum convexa, disco fere plana, profunde striata, striis impunctatis, interstitiis perparum elevatis, lævibus, præterea puncto uno postico impressa. Corpus subtus nigrum, subtilius punctulatum; ano rufo-marginato, utrinque impresso. Pedes nigro-picei; femorum apicibus tarsisque ferrugineis.

89. Stenolophus *Morio* Ménétriés.

Elongatus, supra nigro-violaceus; palpis antennarum basi thoracis limbo tenuissime tarsisque rufescentibus; thorace quadrato; elytris apice profunde sinuatis, puncto postico impressis.

Ménétriès, Catalogue, p. 136. n. 528.

Statura et magnitudine *Stenolopho proximo* Dej. affinis.

Caput porrectum, subrotundatum, nigro-violaceum, lævissimum, modice convexum, fovea rotunda sat profunda inter antennas utrinque, ibique striola tenui transversa, apice obsoletissime punctulatum. Antennæ capite cum thorace longitudine; articulis duobus baseos palpisque testaceis, 3—4 ferrugineis, nigro-maculatis, reliquis fuscis; ore ferrugineo, pilis nonnullis longis testaceis obsito. Thorax quadratus, postice vix angustatus, angulis omnibus obtusis, basi truncatus, ante scutellum tenuiter emarginatus, lateribus nonnihil rotundatus, apice late nec profunde emarginatus, supra deplanatus, nigro-violaceus, lævigatus, lateribus ferrugineo-marginatus, foveola lata plana intra basin utrinque ibique fortiter punctatus. Scutellum subtriangulare, supra inæquale, nigrum. Elytra basi thoracis duplo fere latiora, valde elongata, parallela, apice profunde sinuata, dentata, apice ipso acuto, basi retusa, humeris rotundatis, productis, supra plana, disco impressa, nigro-violacea, profunde striata, striis impunctatis, interstitiis modice convexis, lævibus, puncto uno postico impressa. Corpus subtus rufo-piceum, obsoletissime coriaceum; abdominis lateribus impressis. Pedes tenues, elongati, glabri, fusci; tibiis tarsisque dilutioribus.

90. Stenolophus *discolor* mihi.

Oblongus, niger, supra luridus; thorace valde depresso, ferrugineo, disco piceo; elytris postice dilatatis, luridis, nigro-vittatis, griseo-pubescentibus; pedibus pallidis.

Statura omnino *Stenolophi discophori* Fischeri, sed triplo fere major; structura et magnitudine elytrorum præsertim a congeneribus differt.

Caput porrectum, rotundatum, nigro-piceum, minutissime ubique punctulatum, foveola parva, rotundata inter antennas utrinque impressum. Antennæ thorace longiores; articulo primo testaceo, secundo et tertio ferrugineo, glabro, nitido, ulterioribus piceis, pubescentibus; oculis magnis, sat prominulis, griseis. Thorax subquadratus, latitudine vix longior, antice parum dilatatus, apice truncatus, angulis omnibus obtusis, lateribus ante medium nonnihil rotundatus, supra valde depressus, ferrugineus, in medio disci nigro-fuscus, undique obsolete punctulatus, tenuiter in medio canaliculatus, pube tenui testacea parce obductus; præterea foveola valde elongata et sat profunde juxta basin utrinque. Scutellum parvum, subtriangulare, testaceum, postice obtusum. Elytra valde elongata, basi thoracis duplo latiora, basi in medio sat retusa, humeris valde productis obtuse rotundatis, postice dilatata, apice rotundata, tenuissime sinuata, supra modice convexa, lurida, nigro-vittata, subnitida, tenuiter striata, interstitiis planis, parce punctulatis, pube testacea tenui ubique vestita, sutura ferruginea. Corpus subtus nigrum, obsolete punctulatum. Pedes elongati, tenues, pallidi.

91. Trechus *politus* mihi.

Oblongus, totus rufo-ferrugineus, nitidissimus; capite, maculaque triangulari pone scutellum piceis; elytris dilatatis, apice obtuse rotundatis, punctato-striatis, punctis duobus disci in singulo impressis; pedibus pallidis.

Statura quodammodo *Trechi rubentis* Fabr. duplo fere tamen major.

Caput rotundatum, majusculum, subdeflexum, piceum, lævissimum, pilis longis ferrugineis nonnullis, præsertim versus os obsitum; fronte inæquale. Oculi magni valde prominuli, nigri. Antennæ crassiusculæ, thorace multo longiores; articulis quatuor baseos nitidis, ferrugineis, subsequentibus testaceis, pubescentibus, opacis. Thorax transversus, antice parum dilatatus, lateribus rotundatus, explanato-marginatus, margine ipso reflexo, apice late nec profunde emarginatus, angulis productis, obtusis, basi truncatus, in medio perparum emarginatus, angulis fere rectis, subacutis, supra modice convexus, lævissimus, ferrugineus, in medio sat profunde canaliculatus, intra apicem lunatim tenuiter depressus, præterea fovea lata valde impressa juxta basin utrinque. Scutellum valde elongatum, in medio disci transversim sat depressum, postice obtusum. Elytra lata, ovata, postice dilatata, basi in medio valde retusa, humeris admodum prominentibus, rotundatis, lateribus acute marginata, apice obtuse rotundata, supra modice convexa, lurida, disco deplanata, minutissime crenulato-striata, interstitiis planis, nitidissimis; in stria tertia a sutura puncta duo parva, et macula magna, deltiformi, picea paullo pone scutellum signata. Corpus subtus rufum, politum. Pedes tenues, testacei; femoribus crassioribus, subdilutioribusque.

92. Tachys *pallidula* Ménétriés.

Depressa, pallido-testacea, pilis longissimis parce obsita; oculis, fronte abdomineque piceis; thorace cordato, profunde canaliculato, basi bi-foveolato; elytris a thorace sat remotis, obsoletissime punctato-striatis.

Ménétriés, Catalogue, p. 136. n. 534.

Statura *Trechi rubentis* Fabr. paullo tamen minor, et plerumque minus convexus,

Caput subdeflexum, rotundatum, læve, luridum, subpilosum; fronte utrinque valde impressa, cum oculis piceo-nigris. Antennæ dense pubescentes, palpisque luridis; articulo primo baseos cum ore testaceo. Thorax cordatus basi truncatus, angulis rectis, vix prominulis, acutis, lateribus antice dilatatus, rotundatus, apice subtiliter emarginatus, ante angulum posticum nonnihil sinuatus, supra modice convexus, disco profunde canaliculatus, lævissimus, testaceo-luridus, supra scutellum sat depressus, et fovea lata et valde profunda juxta basin utrinque, præterea pilis longissimis aliquot rigidis ad margines obsitus. Scutellum testaceum, postice rotundatum. Elytra a thorace valde remota, illo duplo latiora, ovata, apice obtuse rotundata, nec sinuata, basi truncata, angulis humeralibus haud prominulis, subrectangulis, obtusis, supra tenuiter depressa thorace vix pallidiora, obsoletissime punctato-striata, certo situ metallico-micantia, et pilis longissimis quibusdam obsita. Abdomen piceum; pectus thorace concolorum. Pedes tenues, pallidiores.

93. Notaphus *apicalis* Ménétriés, forte Genus novum.

Breviter ovatus, depressus, nigro-opacus, detrite æneus; thorace lato, quadrato; elytris profunde punctato-striatis, punctis duobus disci impressis; tibiis tarsisque elytrorumque apice rufescentibus.

Ménétriés, Catalogue, p. 137. n. 536.

Magnitudine *Bembidii foraminosi* Meg. paullo tamen brevior, et thorax plerumque latior.

Caput valde retractum, subtriangulare, nigrum, dilute viridi-æneum, circum oculos præsertim supra rugulosum, fronte utrinque subtiliter impressa, in medio longitudinaliter subconvexa, præterea lineola angusta inter antennas transversa sat impressa. Oculi magni, producti, globosi, luridi. Antennæ thorace parum longiores, crassiusculæ, fuscæ; basi palpisque ferrugineæ. Thorax latus, subquadratus, angulis omnibus prominentibus, acutis, basi truncatus, rectangulus, apice tenuiter emarginatus, lateribus in medio dilatatus, rotundatus, angulos versus antice et postice subsinuatus, supra modice convexus, niger, detrite viridi-æneus, pone medium transversim valde depressus, et fovea parva sed profunda juxta basin utrinque, disco obsoletissimo transversim rugulosus. Scutellum triangulare, nigrum, postice valde acuminatum. Elytra ovata, basi thoracis vix latiora, medium versus sat dilatata, posterius iterum angustata, apice subacuminata, vix sinuata, basi valde retusa, humeris prominulis, acutis, supra æqualiter striata, striis grosse et profunde punctatis, interstitiis planis, punctis duobus pone medium impressa, nigra, opaca, in lateribus utrinque punctis viridi-æneis serie impressis. Corpus subtus brunneum, nitidum, lævissimum; pedibus corpore parum pallidioribus.

94. Peryphus *bi-signatus* Ménétriés.

Supra obscure viridi-æneus; thorace angustato, cordato; elytris elongato-ovatis, concinne punctato-striatis, punctis duobus disci impressis, macula magna testacea pone medium utrinque notatis.

Ménétriés, Catalogue, p. 137. n. 538.

Magnitudine statura et colore et elytrorum pictura *Perypho usto* Schönh. proximus; thorace tamen latiore.

Caput elongatum, antice attenuatum, subdeflexum, viridi-chalybæum, nitidum, læve, supra subconvexum, fovea longa, et valde profunda inter antennas utrinque, margine circum oculos incrassatum. Antennæ thorace multo longiores, fuscæ, opacæ; articulis duobus baseos testaceis, nitidis. Oculi magni, valde prominuli, globosi, grisei. Thorax cordatus, similiter ac caput coloratus, postice valde angustatus, ante angulum posticum tenuiter constrictus, unde angulis productis, acutis, ante medium valde dilatatus, rotundatus, basi truncatus rectangulus, supra modice convexus, lævis, nitidus, in medio disci longitudinaliter profunde et late canaliculatus, basi valde depressus, ibique crebre ac obsolete punctatus, præterea fovea brevi, sed valde profunda juxta basin utrinque. Scutellum triangulare, in medio disci convexum. Elytra valde elongata, in medio dilatata, subparallela, lateribus valde carinatis, apice acuminata, nonnihil sinuata, subdehiscentia, basi valde retusa, humeris productis obtusis, supra depressa, fusca, obsolete viridi-ænea, profunde punctato-striata, interstitiis convexis, lævissimis, in stria tertia a sutura puncta majuscula duo impressa, et macula magna, testacea paullo pone medium utrinque. Corpus subtus piceo-

nigrum, tenuissime coriaceum; abdominis lateribus inæqualiter valde impressis. Pedes elongati, graciles; femora medio nigro-viridia; basi, apice, tibiis, tarsisque testaceo-ferrugineis.

—95. Peryphus *depressus* Ménétriés.

Depressus, supra nigro-æneus; thorace subquadrato, subtiliter ruguloso, postice utrinque bi-impresso; elytris latioribus, ovatis, tenuiter crenato-striatis, punctis duobus disci impressis, apice attenuatis.

Ménétriés, Catalogue, p. 138. n. 540.

Præcedente paullo major, præsertim latior; thorace magis quadratus inter alia abbunde differt.

Caput porrectum, rotundatum, vix elongatum, vertice parum convexum, obscure æneum, fovea longa et profunda exarata inter antennas utrinque, fronte in medio longitudinaliter elevata; oculis nigris, sat prominulis, globosis; antennis totis piceis; palpis testaceis. Thorax subquadratus, antice dilatatus, rotundatus, basi rectangulus, angulis vix prominulis, acutis, apice tenuiter emarginatus, angulis sat productis acuminatis, supra depressus, olivaceo-æneus, obsolete rugulosus, medio disci longitudinaliter profunde et late canaliculatus, basi leviter depressus, ibique obsolete punctatus, foveolis duabus approximatis, interiori profundiori et latiori utrinque juxta basin. Scutellum parvum, obscure æneum, postice obtusum. Elytra thorace triplo fere latiora, in medio dilatata, valde elongata, apice attenuata, tenuissime sinuata, lateribus subexplanata-marginata, basi truncata, in medio emarginata, angulis humeralibus obtuse-rotundatis, supra striata, striarum marginibus subtiliter crenulatis,

punctis duobus disci impressa, nigro-æenea, certo situ subviolacea, in disco valde depressa. Corpus subtus, pedibusque piceo-nigrum, subferrugineum.

96. Peryphus *combustus* Ménétriés.

Elongatus, capite thoraceque viridi-æneis, thorace cordato, postice valde angustato, profunde bi-foveolato; elytris concinne punctato-striatis, rufo-testaceis, punctis duobus disci impressis, apice infuscatis.

Ménétriés, Catalogue, p. 138. n. 543.

Perypho usto Schönh. propinquus, paullo tamen longior, nec latior.

Caput porrectum, viridi-æneum, nitidum, læve, fovea valde elongata et profundius exarata inter antennas utrinque; fronte in medio longitudinaliter valde convexa. Antennæ dimidio corporis parum breviores, crassiusculæ, fuscæ; articulis baseos, palpisque ferrugineis. Thorax cordatus, postice valde angustatus, ante medium dilatatus, rotundatus, capite paullo latior, apice et ad basin truncatus, angulis omnibus acutis, anticis valde deflexis et posticis porrectis, ante angulum posticum leviter sinuatus, supra convexus, lævis, viridi-æneus, late sed haud profunde canaliculatus, intra basin transversim valde depressus, ibique crebre exarato-punctatus, fovea plana, rotundata intra basin, et altera parva sed magis profunda juxta angulum posticum utrinque. Scutellum viridi-æneum, nitidum. Elytra valde elongata, supra sat depressa, thorace multo latiora, postice vix dilatata, ante apicem attenuata nonnihil sinuata, lateribus anguste sed profunde carinata, concinne punctato-striata,

interstitiis vix convexis, lævissimis, punctis duobus disci impressa, tota rufo-testacea, apice parum infuscata, præterea punctis lineisque sed valde detritis ad apicem notata. Corpus subtus nigro-æneum, lævigatum, punctis parvis nonnullis in abdominis medio impressum. Pedes graciles, elongati, toti ferruginei; femoribus parum obscurioribus.

97. Peryphus *testaceipennis* Ménétriés.

Valde elongatus, antennis totis ferrugineis, capite thoraceque viridi-æneis; thorace postice latiore, profunde punctato-striato; elytris punctis duobus disci impressis; pedibus pallido-testaceis; corpore subtus piceo.

Ménétriés, Catalogue, p. 140. n. 549.

Præcedente dimidio major, et forsan maximus hujus generis.

Caput elongatum, porrectum, antice magis attenuatum, viridi-æneum, nitidum, inter antennas utrinque concinne carinatum, ibique crebre punctulatum, fronte in medio longitudinaliter convexa, sparse punctata; collo, ore, palpis, antennisque ferrugineis. Thorax cordatus, basi obtusus, angulis posticis vix prominulis, acutis, lateribus ante medium rotundatus, ante angulum posticum nonnihil sinuatus apice truncatus, supra convexus, viridi-æneus, lævis, sat profunde et late canaliculatus, ad basin transversim valde depressus, ibique crebre exarato-punctatus, præterea fovea lata et profunda angulari. Scutellum parvum, subtriangulare, piceum. Elytra valde elongata, postice vix dilatata, ad apicem acuminata, supra depressa, tota pallide-testacea, striata, striis rude et crebre punctatis, interstitiis lævibus,

punctis majusculis duobus disci impressa. Corpus subtus piceum, obsoletissime coriaceum, nitidum. Pedes tenues, totis pallide-testaceis; femoribus vix obscurioribus.

98. PERYPHUS *lividipennis* MÉNÉTRIÉS.

Niger; thorace valde angustato, capite vix latiore; elytris oblongo-ovatis, in medio sat dilatatis, apice attenuatis, cum pedibus testaceis, punctis duobus disci impressis.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 139. n. 548.

Statura et colore præcedenti affinis et similis, plusquam duplo vero minor, et thorace postice plerumque magis angustato præcipue differt.

Caput magnum, latum, subrotundatum, porrectum, viridi-cœruleum, pilis nonnullis rigidis testaceis obsitum; foveola utrinque profunde impressa; oculis griseis, sat prominulis, rotundatis. Antennæ thorace multo longiores, crassiusculæ, fuscæ; basi, ore palpisque testaceo-ferrugineis. Thorax cordatus, antice plusquam duplo latior, basi et apice truncatus, augulis posticis productis, acutis, lateribus ante medium dilatatus, rotundatus, postice valde angustatus, supra convexus, cœruleo-virens, nitidus, lævis, in medio canaliculatus, intra basin transversim sat depressus, subpunctatus, fovea parva utrinque profunde impressus. Scutellum minutum, viridi-cœruleum, postice rotundatum. Elytra oblongo-ovata, testacea, postice attenuata, disco valde depressa, concinne punctato-striata, interstitiis lævissimis, politis, nitidis, punctis remotis duobus in angulo impressa. Corpus subtus totum nigrum, nitidissimum. Pedes tenues, cum elytris concolores.

99. Peryphus *dimidiatus* Ménétriés.

Oblongo-ovatus, supra cæruleo-virens; capite triangulari; thorace breviore, cordato; elytris latis, ovatis, basi apiceque truncatis, antice dimidiato-rufescentibus; pedibus nigro-piceis.

Ménétriés, Catalogue, p. 135. n. 527.

Magnitudine *Peryphi cruciati* Dej., elytrorum vero forma plerumque latiori, posticeque truncata abbunde differt. Anne *Stenolophus* Steveni? Krynicki, Bull. mosq. Tom V. p. 87.

Caput magnum, porrectum, subtriangulare, læve, cœruleo-virens; fronte utrinque carinata. Antennæ pubescentes, piceæ, basi palpisque ferrugineis. Thorax cordatus, apice posticeque truncatus, lateribus antice dilatatus, rotundatus, postice valde angustatus, ante angulum posticum sinuatus; angulis posticis parum productis, acutis, anticis sat deflexis, supra convexus, in medio longitudinaliter late et sat profunde canaliculatus, cœruleo-virens, nitidus, intra basin sat depressus, ibique crebre sed obsolete rugoso-punctatus, fovea rotundata, valde profunda juxta angulum posticum utrinque impressus. Scutellum subtriangulare, læve, nitidum, viridi-cœruleum, postice obtusum. Elytra brevia, basi et apice exacte truncata, lateribus leviter rotundata, reflexa, humeris rectis, supra valde depressa, striata, striarum marginibus crebre crenulatis, interstitiis tamen convexis, lævigatis, inter strias tertiam et quartam a satura foveolæ duæ, rotundatæ, sat remotæ, una ante alteram pone medium, intra basin brunnea, postice obscure viridia, subænea. Corpus subtus nigrum, læve; nitidissimum, apice truncatum. Pedes tenues, ferruginei; femoribus piceis.

100. Peryphus *lucidus* (*) mihi.

Capite lato, viridi-æneo; thorace cordato, ferrugineo, basi utrinque profunde excavato; elytris totis luridis, rude punctato-striatis, acuminatis, disco bi-impressis.

Præcedenti valde assimilis, paullo tamen longior nec non angustior.

Caput porrectum, parum elongatum, apice attenuatum, viridi-æneum, læve, antice utrinque profunde carinatum; antennis palpisque ad basin pallidis, extrorsum fuscis, subpilosis. Thorax cordatus, capite vix latior, postice valde angustatus, ante angulum posticum profunde sinuatus, basi rectangulus; angulis productis, acutis; lateribus antice marginatis, rotundatis, ante medium sat dilatatis; supra valde convexus, lævis, tenuiter canaliculatus, fovea rotundata admodum profunda juxta angulum posticum utrinque, intra basin leviter depressus, ibique rude ac vage punctatus. Scutellum piceum, postice depressum. Elytra oblongo-ovata, basi valde retusa, angulis humeralibus productis, rotundatis, lateribus vix dilatatis, pone medium attenuata, apice subacuminata, supra sat depressa, profunde punctato-striata, tota lurida, punctis duobus remotis disci impressa. Corpus subtus luridum, abdomine obscuriore; pedibus pallidis.

(*) Amicissimus Ménétriés hanc speciem pro varietate *P. dimidiati* habet, sed ab eo thorace elongato elytrisque acuminatis specifice differt.

101. Peryphus *Fraxator*, Ménétriés.

Ovatus, subdepressus, viridi-cœruleus; thorace cordato; elytris thorace triplo latioribus, punctato-striatis, maculis duabus testaceis in singulo, apice attenuatis, haud sinuatis.

Ménétriés, Catalogue, p. 138. n. 541.

Perypho saxatili valde assimilis, paullo tamen minor et elytrorum pictura dilutiori præsertim distinguitur.

Caput triangulare, porrectum, saturate viridi-cœruleum, nitidum, læve, sulco profundo subarcuato inter oculos utrinque notatum. Antennæ thorace multo longiores, cum palpis piceæ; articulis baseos quatuor testaceis. Oculi sat prominuli, globosi, luridi. Thorax brevis, transversus, antice plusquam duplo latior, basi et apice truncatus, basi rectangulus, angulis parum porrectis, acutis, supra convexus, in medio longitudinaliter late et profunde canaliculatus, saturate viridi-cœruleus, sub cupreomicans, postice transversim sat depressus, ibique tenuiter punctulatus, fovea brevi sed profunda juxta angulum posticum utrinque signatus. Scutellum minutum, subtriangulare, nigrum. Elytra depressa, ovata, latiuscula, in medio dilatata, thorace triplo latiora, apice attenuata, nec sinuata, dorso antico depressiori, angulis humeralibus fere rectis, subacutis, profunde punctato-striata, obscure ænea, macula axillari elongata, magna, et altera pone medium parva, testacea in utroque; præterea punctis duobus disci impressa. Corpus subtus atrum, lævissimum, nitidum. Pedes tenues, testaceo-luridi; femoribus obscurioribus.

102. Peryphus *persicus* Ménétriés.

Parvus; thorace ante angulum posticum profunde sinuato, basi profunde bi-foveolato; elytris rude punctato-striatis, luridis, fascia lata viridi in medio disci; pedibus totis pallidis.

Ménétriés, Catalogue, p. 139. n. 547.

Præcedente paullo minor.

Caput subdeflexum, triangulare, viridi-chalybæum, politum, circum oculos leviter rugosum; fronte utrinque profunde exarata. Antennæ thorace longiores, ferrugineæ; articulis quatuor baseos palpisque pallidioribus, extrorsum griseo-pubescentibus; ore ferrugineo, subpiloso. Oculi valde prominuli, globosi, grisei. Thorax brevis, cordatus, ante angulum posticum utrinque profunde sinuatus, unde anguli valde producti et acuti; basi truncatus, sat depressus, admodum profunde bifoveatus, disco antico convexo, profunde et sat late canaliculato; totus saturate viridi-cœruleus, lævis, nitidus, lateribus late marginatis. Scutellum parvum, nigrum, postice obtusum. Elytra oblongo-ovata, basi in medio valde retusa, unde humeris valde productis, rotundatis, in lateribus medio nonnihil dilatata, apicem versus attenuata; lateribus sat reflexis; margine ipso incrassato, ferrugineo; supra testacea, fascia lata in medio transversa viridescenti notata, inæqualiter profunde punctato-striata, interstitiis deplanatis, nitidis, punctis duobus disci impressa. Corpus subtus aterrimum, nitidum, abdomine piceonigrum, obsoletissime coriaceum. Pedes tenues, toti pallidi.

HYDROCANTHARI.

103. Hydaticus *lineolatus* Ménétriés.

Ovalis, brunneus; fronte, thorace toto, abdomine pedibusque flavo-ferrugineis; elytris piceis, flavo-lineatis.

Longit. 5 lin. Lat. $2\frac{2}{3}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 140. n. 555. (Dytiscus.)

Statura fere *Dytisco transversali* Fabr. assimilis, paullo tamen minor, et antice et postice magis rotundus, sed pictura fere exacte D. stagnalis Fabr.

Caput latum, subdeflexum, antice late flavo-ferrugineum, vertice transversim atrum politum. Oculi magni, subglobosi, aterrimi, nitidi. Antennæ thorace plerumque longiores, filiformes, totæ flavæ. Thorax brevissimus, transversus, antice angustior, basi rotundatus, leviter quadri-sinuatus, apice late angulatim excisus, angulis productis, acutis, supra modice convexus, totus flavo-ferrugineus, nonnihil infuscatus, disco lævis, utrinque obsolete striolatus, lateribus testaceo-marginatus. Scutellum triangulare, nigrum lævigatum. Elytra basi thoracis exacte latitudine, medium versus dilatata, apice rotundata, supra modice convexa, picea, utrinque testaceo-irrorata, postice parum explanata, undique crebre ac vix visibiliter punctulata, margine exteriori vitta lata, et in singulo lineis sex vel septem latera versus confluentibus, flavis; præterea lineis tribus e punctis parvis impressis

notata. Corpus subtus obsoletissime strigatum; abdomine flavo-ferrugineo postice fusco; segmentorum lateribus impressis. Pedes mediocres, quatuor antici flavi, postici flavo-ferruginei.

104. Colymbetes *ruficeps* Ménétriés.

Oblongo-ovatus, subdepressus, piceo-niger; capite, antennis, thorace, elytrorum lateribus pedibusque ferrugineis.

Longit. $3\frac{3}{4}$ lin. Lat. 2 lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 141, n. 558.

Statura fere *Colymb. affinis* Gyll. sed minor, et plerumque magis angustatus.

Caput latum, subdeflexum, rufo-ferrugineum, apice truncatum, sub-emarginatum, foveola parva, rotunda paullo ante oculos impressum, summo vertice macula obscura, et altera pone oculos utrinque signatum. Antennæ thorace longiores, crassiusculæ, cum palpis rufo-ferrugineæ. Thorax transversus, antice angustatus, lateribus sub-reflexus, parum rotundatus, basi obtuse rotundatus, utrinque subtiliter sinuatus, angulis productis, acutis, apice late nec profunde emarginatus, angulis sat deflexis, productis, acuminatis, supra modice convexus, disco fere planus, ferrugineus, basi et ad apicem transversim obscurior fere niger, foveæ duæ juxta basin, et punctis parvis confluentibus ad marginem anticum utrinque impressus. Scutellum transversum, triangulare, piceum. Elytra oblongo-ovata, paullo pone basin dilatata, in medio fere parallela, pone medium apicem versus attenuata, apice acuminata, supra fere plana, piceo-nigra, latere valde deflexa, ferrugineo-marginata,

series tres disci et posterius quatuor e punctis inæqualiter impressis observandæ. Corpus subtus nigrum, subnitidum, obsolete coriaceum; segmentorum marginibus rufo-marginatis, lævigatis. Pedes mediocres, ferruginei; femoribus quatuor anticis intus, et posticis fere totis nigro-piceis; tibiis anticis apice dilatatis, extus rude punctatis, scabrosis, nonnihil setosis.

105. GYRINUS *caspius* MÉNÉTRIÉS.

Oblongo-ovatus; supra nigro violaceus, subæneus, viridimarginatus; elytris punctato-striatis, apice explanatis, truncatis; pedibus flavo-ferrugineis.

Longit. $3\frac{1}{3}$ lin. Lat. $1\frac{2}{3}$ lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 142. n. 564.

Statura fere *Gyrini angustati* DAHL; multo tamen præsertim postice latior.

Caput latum, crassum, nigro-violaceum, nitidum, lateribus et ad apicem ænescens; fronte fere plana, inter oculos bifoveolata. Oculi magni, sub-globosi, prominuli, picei; ore piceo. Antennæ capite plerumque breviores, crassiusculæ, nigræ; articulo primo lateraliter valde producto, infuscato, pilis aliquot longis testaceis obsito. Thorax brevissimus, nigro-violaceus, ænescens, antice angustatus, basi sinuatus, apice late sed haud profunde emarginatus, angulis omnibus productis, acutis, lateribus reflexus, antrorsum nonnihil explanatus, margine antico et postico introrsum utrinque punctulato, supra impressionibus plurimis planis inæqualis, præterea linea angusta paullo impressa ante medium transversa notatus. Scu-

tellum elongatum, postice valde acuminatum, fusco-æneum, sub oculo acute armato impressionibus plurimis inæquale. Elytra lata, elongata, lateribus reflexa, postice nonnihil attenuata, apice oblique truncata, vix rotundata, sub-dehiscentia, supra præsertim antice convexa, æqualiter profunde punctato-striata, interstitiis nitidis, nigro-violacea, certo situ viridia, sub-ænescentia, intra apicem sat impressa, margine laterali saturate obscure viridia. Corpus subtus nigro-violaceum, obsoletissime rugulosum, nitidum, utrinque rufo-marginatum; ano sat producto, rotundato, cum pectore ferrugineo. Pedes ut in congeneribus valde compressi, rufi, posteriores quatuor paullo pallidiores.

106. Orectochilus *involvens* mihi.

Tab. IV. f. 5.

Oblongo-ovatus, totus dense griseo-pubescens; capite nigro, sub-æneo, vertice lævigato; thorace fusco-æneo; elytris valde convexis, fusco-luridis, posterius dilutioribus; subtus flavo.

Longit. $3\frac{2}{3}$ lin. Lat. $1\frac{1}{2}$ lin.

Statura omnino *Gyrini villosi* Fabr. tamen duplo major, præsertim latior et plerumque magis parallelus.

Caput latum, nigrum, violaceo-ænescens, pube grisea obductum, antice angustatum, utrinque profunde sinuatum, apice truncatum, supra modice convexum, obsoletissime minute sed crebre punctatum, ante oculos utrinque leviter impressum, vertice lævigatum. Oculi luridi, vix prominuli, rotundati. Labrum nigrum, apice rufum, pilis testaceis longis obsitum. An-

tennæ capite breviores, ferrugineæ, apice testaceæ. Thorax brevissimus, fusco æneus, sub-nitidus, basi late sed haud profunde bi-sinuatus, angulis productis acutis, lateribus deflexus, linearis, antrorsum angustatus, margine reflexus, testaceus, apice utrinque profundus tamen angustius bi-sinuatus, tenuissime marginatus; supra convexus, sub oculo armato obsoletissime punctulatus, intra apicem et ante basin transversim subtiliter depressus, pube grisea dense obductus. Scutellum triangulare, glabrum, nitidum, nigrum, supra transversim depressum. Elytra thoracis exacte latitudine, elongata, postice parum attenuata, apice oblique singulatim truncata, lateribus linearia, margine reflexa, testacea, acute marginata, supra valde convexa, fusco-lurida, postice dilutiora, undique obsoletissime tamen crebre punctata, pube grisea dense vestita. Corpus subtus totum flavum, glabrum, nitidum, interdum nonnihil infuscatum. Pedes valde compressi; toti pallidi; tarsis anticis ferrugineis.

BRACHELYTRA.

107. Staphylinus *chalybeipennis* Ménétriés.

Anthracinus; capite thoraceque profunde et crebre punctatis; elytris elongato-quadratis, confertissime concinne punctatis; antennarum basi pedibusque rufis.

Longit. 8 lin. Lat. 1 $\frac{2}{3}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 143. n. 574.

Inter majores hujus generis; Statura *Staphylini brunnipedis* Fabr. cui valde similis, paullo tamen major, capitis et thoracis punctura plerumque fortiter impressa et elytris cœrulescentibus ab eo præcipue differt.

Caput subquadratum, crassiusculum, violaceo-nigrum, nitidum, glabrum, ubique rude et crebre punctatum, supra perparum convexum fere planum, pilis longissimis piceis aliquot præsertim ad apicem obsitum. Oculi ovati, nigri. Antennæ basi thoracis vix breviores, ferrugineæ, crassiusculæ, dense pilosæ, opacæ; articulo primo rufo, nitido, pilis quibusdam longis obsito, ultimo dilutiore. Palpi ferruginei. Thorax subrotundatus, parum elongatus, basi rotundatus, supra scutellum vix emarginatus, antice paullo latior, ubique æqualiter concinne marginatus, supra convexus, violaceo-niger, disco pone medium fere plano, undique æqualiter rude et crebre punctatus, foveolis parvis rotundatis quatuor juxta marginem latera-

leni utrinque impressus, præterea linea dorsali longitudinali vix elevata angustissima nitida notatus, pilis longissimis nonnullis latere obsitus. Scutellum triangulare, deplanatum, rude et confertim punctatum, violaceum. Elytra thoracis latitudine, postice parum dilatata, apice truncata, singulatim rotundata, lateribus valde declivia, linearia, supra deplanata, chalybæa, ubique confertissime et rude punctata, opaca, pube tenui grisea leviter vestita, in singulo scrobiculæ duæ in medio disci, et quatuor in lateribus utrinque impressa. Abdomen elytra longitudine paullo excedens, violaceo-nigrum, opacum, confertissime tamen obsolete punctatum, dense pubescens et pilis nigris longissimis obsitum. Corpus subtus anthracinum, nitidum, creberrime punctatum, sub-pilosum. Pedes validi, rufi; tibiis tarsisque nonnihil obscurioribus.

108. Staphylinus *Nero* mihi.

Totus aterrimus, opacus, creberrime punctulatus; capite magno, transverso, quadrato, linea vix elevata longitudinali lævi; antennis apice rufo-testaceis; elytris brevibus, pubescentibus.

Longit. $5\frac{3}{4}$ lin. Lat. $1\frac{3}{4}$ lin.

Magnitudo et fere statura *Staphylini uralensis* Mannh. vix tamen minor; caput multo majus, præsertim quadratius, et elytris dimidio brevioribus dissimilis.

Caput transversum, quadratum, magnum, thorace latiore, supra modice convexum, nonnihil præsertim ad latera et postice pubescens, ubique confertissime punctulatum, linea lævi longitudinali angusta a basi usque ad apicem ducta notatum.

Antennæ thoracis basi breviores, nigræ, crassiusculæ, extrorsum dilutiores, apice rufo-testaceæ et totæ pubescentes. Thorax elongato-quadratus, apice truncatus, basi obtuse rotundatus, lateribus pone medium sinuatus, supra modice convexus subnitidus, creberrime ac obsolete punctulatus, linea media angustissima lævi vix elevata signatus, undique pube brevi parce obtectus. Scutellum triangulare, nitidum, valde depressum. Elytra thoracis latitudine, sed illo paullo breviora, postice nonnihil dilatata, apice obtuse singulatim rotundata, lateribus valde deflexa, supra depressa, plana, confertissime tamen obsolete punctulata, pube brevissima dense obducta. Abdomen pone elytra longitudine reliqui corporis, sub-convexum, obsolete crebre punctulatum, opacum, in singulo segmento punctis aliquot majoribus impressum. Corpus subtus crebre punctulatum, pubescens, sub-nitidum, pilis nonnullis obsitum; Ano fusco-piloso. Pedes validi, elongati, nigri; tarsis piceis.

109. Staphylinus *quadraticeps* Ménétriés.

Fusco-niger, opacus, pubescens; antennis, elytris pedibusque brunneis; capite majori, quadrato; thorace confertissime subtiliter punctato.

Longit. 5 ½ lin. Lat. 1 ½ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 143. n. 573.

Statura et magnitudine *Staph. cinnamomopteri* Gravenh. sed colore et punctura capitis thoracisque plerumque subtiliori præcipue differt.

Caput magnum, thorace paullo latius, porrectum, subquadratum, nigrum, opacum, dense fusco-pubescens, antice non-

nihil angustatum, apice obtuse rotundatum, supra fere planum, subtilissime ac crebre strigilatum, latere minute punctatum, apice testaceo-marginatum, et pilis longis nonnullis obsitum. Oculi sat prominuli, subglobosi, luridi. Antennæ thoracis basi plerumque breviores, brunneæ; articulo primo nitido, scabroso, pilis aliquot longis obsito; secundo et tertio paullo obscurioribus; reliquis antrorsum dilutioribus, opacis et sat dense ac breviter pilosis. Palpi rufi. Thorax rotundus sub-ovatus, fusco-niger, lateribus et postice rotundatus, in medio utrinque leviter sinuatus, anterius lobatus, lobo valde inflexo brunneo, supra convexus, opacus, creberrime ac minutissime punctatus, pube fusca dense obductus. Scutellum triangulare, nigrum, opacum, postice obtusum. Elytra thorace paullo angustiora, parum elongata, tota brunnea, opaca, apice late nec profunde emarginata, utrinque obtuse rotundata, lateribus sub-linearia, valde inflexa, ibique pallidiora, subtilissime tamen creberrime ubique punctata et pube dense vestita. Abdomen pone elytra reliquo corpore brevius, nigro-fuscum, opacum, dense pubescens. Pedes validi, longiusculi, brunnei; femoribus præsertim posticis obscurioribus, et quatuor anterioribus sat compressis.

110. Staphylinus *sericeicollis* Ménétriés.

Niger, opacus, pubescens; capite thoraceque oblongis, æneis, nitidis; antennis, elytris, tibiis tarsisque rufis; abdomine supra obsolete griseo-fasciato.

Longit. $5\frac{1}{2}$ lin. Lat. $1\frac{1}{3}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 143. n. 570.

Statura et colore fere *Staph. æneo-cephalo* Payk. subsimilis, paullo tamen minor, et magis angustatus.

Caput thorace vix latius, ovatum, crassum, sat deflexum, æneum, nitidum, crebre et concinne punctulatum, apice truncatum, pube parce obductum, vertice pone oculos foveola rotundata impressum, et pilis longissimis nonnullis obsitum. Oculi ovati, aterrimi. Antennæ basi thoracis multo breviores, crassiusculæ, cum palpis rufæ. Thorax parum elongatus, æneus, nitidus, antice paullo latior, supra convexus, evidenter carinatus, ubique subtiliter punctatus, pube tenui parce obductus, ad marginem lateralem punctis majoribus tribus impressus, præterea punctis majoribus sed valde obsoletis in serie longitudinali in medio disci utrinque collocatis. Scutellum opacum, postice acuminatum, disco in medio nigro, utrinque et apice fuscum. Elytra elongata, basi thorace latitudine, postice parum dilatata, fusco-rufa, opaca, confertissime subtiliter punctata, pubescentia, lateribus parallela, sub-sinuata, valde deflexa, ibique dilutiora, supra depressa, punctis quibusdam majoribus ac valde obsoletis irregulariter dispersis impressa. Abdomen pone elytra longitudine reliqui corporis, fusco-nigrum, opacum, pube griseo-fusca dense vestitum, certo situ fascia dorsali lata, grisea, et altera abbreviata et angustiora utrinque e pube condensata ornatum. Pedes validiusculi; femoribus fusco-piceis; tibiis tarsisque rufo-testaceis.

111. Staphylinus *protensus* Ménétriés.

Elongato-angustatus, totus niger, opacus; capite thoraceque nitidis, concinne ac remote punctatis; elytris subcyanescentibus; pedibus piceis.

Longit. 6 lin. Lat. $1\frac{1}{4}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 144. n. 575.

Præcedenti subsimilis, paullo tamen longior et magis angustior; attamen capitis et thoracis punctura eo præcipue differt.

Caput thorace paullo latius, transversum, nigrum, nitidum, læve, punctis majoribus undique vage, et in latera pone oculos magis exarata impressum, præterea foveola rotunda et haud profunda summo vertice utrinque notatum. Antennæ et palpi piceæ; ore flavo; oculis opacis, luridis. Thorax elongatus, angustatus, niger, nitidus, æqualiter remote et rude punctatus, lateribus ante medium dilatatus, sub-rotundatus, posterius sinuatim angustatus, basi rotundatus, apice truncatus, punctis duobus majoribus juxta marginem lateralem ante medium, sub oculo acute armato pube brevissima parce obtectus, præterea linea longitudinali vix elevata, postice sub-dilatata in medio disci notatus. Scutellum triangulare, planum, creberrime punctatum, nigro-cyaneum. Elytra thorace latiora, postice nonnihil dilatata, apice oblique truncata, angulis posticis rotundatis, supra depressa, alutacea, opaca, nigro-cyanea, pube brevissima fusca parce vestita et puncto pone medium disci signata, sutura ferruginea. Abdomen pone elytra reliquo corpore paullo longius, nigrum, confertim concinne punctatum, parce pubescens, et pilis quibusdam longis obsitum, in singuli

segmenti medio punctis majoribus quatuor impressis. Corpus subtus evidentius punctatum, nitidum, punctis majoribus inæqualiter dispersis impressum, pube prostrata grisea leviter obtectum. Pedes validiusculi, toti ferruginei; tarsis anticis dilutioribus.

112. Staphylinus *nigritarsis* Ménétiés.

Elongatus, postice attenuatus, totus niger; capite thoraceque glaberrimis, nitidis, antennarum basi, ano, femoribusque rufis.

Longit. 6 lin. Lat. $1\frac{1}{4}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 144. n. 576.

Statura omnino *Staph. attenuato* Gravenh. proximus.

Caput elongato-ovatum, nigrum, nitidum, punctis paucis nonnullis in angulis verticis tantum dispersis, et aliquot in frontis antico juxta oculos utrinque notatum. Oculi magni, ovati, globosi, nigri. Antennæ palpique piceæ, opacæ; articulis omnibus baseos rufis nitidis; ore rufo. Thorax brevis, postice sat dilatatus, ampliato-rotundatus, lateribus integris, apice late nec profunde emarginatus, supra convexus, glaberrimus, niger, nitidus, foveolis minutis nonnullis inæqualiter dispersis. Scutellum breve, triangulare, planum, concinne rude nec crebre punctatum, opacum, glabrum. Elytra basi thorace angustiora, postice parum dilatata, brevia, supra parum convexa, alutacea, sat dense fusco-pubescentia, nigra, opaca, certo situ subcyanescentia, apice oblique truncata, singulatim, obtuse rotundata. Abdomen pone elytra reliquo corpore ple-

rumque longius, angustatum, postice attenuatum, nigrum, subviolaceum, opacum, confertissime punctulatum, sub-pubescens. Corpus subtus nigrum subtiliter punctatum, subviolaceum, pube fusca parce obtectum; ano rufo; segmentorum ventralium marginibus anguste ferrugineis. Pedes validi, elongati; femoribus omnibus rufis; tibiis tarsisque quatuor posterioribus piceis; anticis ferrugineis, tarsis sub-testaceis.

113. Staphylinus *matutinalis* mihi.

Niger, valde elongatus; capite thoraceque parvis, rotundatis, subæneis, nitidis; elytris subalutaceis, obscure viridibus nec non dense pubescentibus.

Longit. 5 lin. Lat. $1\frac{1}{3}$ lin.

Statura fere *Staphylini decori* Gravenh. Mic.

Caput rotundatum, thorace paullo angustius, læte tamen obscure viridi-æneum, læve, nitidum, punctis majoribus in angulis verticis dispersis, et duobus in frontis antico utrinque impressum; ore ferrugineo. Antennæ thorace breviores, totæ nigræ, antrorsum dense griseo-pubescentes nec non incrassatæ. Thorax latitudine fere brevior, lateribus et postice rotundatus, pone medium utrinque sinuatus, apice truncatus, supra modice convexus, glaber, obscure læte viridi-æneus, nitidus, intra angulum anticum tantum et ad apicem punctis nonnullis impressus, disco impunctato. Scutellum majusculum, triangulare, parum elongatum nigro-fuscum, opacum; disco sat impresso. Elytra thorace plerumque longiora et ejus basi latiora, lateribus linearia, valde inflexa, apice oblique truncata, supra depressa, plana, obscure viridia, opaca obsolete alutacea, pube

prostrata sat dense obducta unde opaca. Abdomen pone elytra reliquo corpore plerumque longius, latum, nec non postice paullo attenuatum, totum nigrum, opacum, obsoletissime vage punctulatum et pilis brevibus prostratis perparce obsitum. Corpus subtus totum nigrum, sub-violaceo-micans, minutissime vix visibiliter et valde obsolete punctatum, nec non pilis dense adpressis nigris parce vestitum. Pedes validiusculi, toti piceo-nigri.

114. Staphylinus *fugax* mihi.

Brevis, niger, subnitidus; antennis crassioribus, fuscis; capite thoraceque glaberrimis, nitidis, thoracis disco utrinque seriatim tri-punctato; elytris abdomineque supra violaceo-micantibus.

Longit. $3\frac{3}{4}$ lin. Lat. $1\frac{1}{6}$ lin.

Statura et magnitudine *Staph. politi* Lin., tamen paullo angustior, et abdomine densius piloso dissimilis.

Caput elongato-rotundatum, nigrum, lævissimum, nitidum, punctis aliquot majoribus circum oculos, et nonnullis in verticis angulis impressum. Oculi ovales, nigro-luridi. Antennæ longitudine thoracis, crassæ, fuscæ; articulo primo baseos nigro, apice testaceo. Thorax brevis, latitudine vix longior, postice dilatatus, ampliato rotundatus, apice truncatus, angulis deflexis, lateribus ante medium dilatatus, sub-rotundatus, inflexus, tenuiter marginatus, supra modice convexus, niger, nitidus, glaberrimus, puncta tria in medio disci utrinque remota serie longitudinali impressa, omnia parva, æqualia, parum profunda, et nonnulla minora latere dispersa. Scutellum

triangulare, nigrum, sub-nitidum, obsoletissime punctulatum. Elytra thoracis medio vix latiora, et illo paullo longiora, postice dilatata, apice oblique truncata, lateribus valde declivia, supra depressa, fere plana, sub-nitida, crebre obsolete punctata, nigra, subviolacea, fusco pubescentia. Abdomen pone elytra reliquo corpore vix brevius, nigrum, nonnihil violaceo-micans, crebre ac subtiliter punctatum, pilis prostratis longis nigris sat dense obsitum. Corpus subtus violaceo-nigrum, pubescens, obsolete punctulatum. Pedes elongati, tenues, toti piceo-nigri, subpubescentes.

115. Staphylinus *rotundicollis* Ménétriés.

Totus niger, nitidus; capite thoraceque rotundatis, glaberrimis, thorace seriebus dorsalibus quadri-punctato; elytris nigro-viridis, subnitidis.

Longit. 4 lin. Lat. 1 lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 143. n. 581.

Magnitudine et fere statura *Staph. politi* Lin.

Caput parvum, orbiculatum, thorace angustius, nigrum, nitidissimum, punctis tantum in angulis verticis dispersis et quatuor in antico frontis utrinque, quorum uno majori juxta ipsam marginem oculorum impressum, pilis brevibus rigidis fuscis in latera pone oculos parce obsitum; fronte convexa, glaberrima. Antennæ thorace breviores, extrorsum paullo crassiores, totæ nigræ opacæ; articulis tribus basalibus nitidis, glabris, reliquis densissime pubescentibus. Oculi vix prominuli, ovati, nigri. Thorax brevis, ante medium utrinque et postice

ampliato-rotundatus, lateribus sinuatus, acute marginatus, apice truncatus, angulis anticis valde deflexis, obtuse rotundatis, niger, lævissimus, nitidus, dorso modice convexus, punctis majoribus quatuor in medio disci utrinque longitudinaliter seriatim æquali fere spatio remotis et quibusdam paucioribus in latera ante medium impressus. Scutellum triangulare, parum elongatum, nigrum, obsolete ac crebre punctatum, postice læve. Elytra basi thoracis paullo latiora, postice dilatata, breviuscula, apice oblique truncata, supra depressa, crebre et distincte punctata, nigra, sub-viridia, nitida, parce pubescentia. Abdomen pone elytra longitudine reliqui corporis; nigrum, certo situ chalybæo-micans, nitidum, concinne sed minus crebre punctatum, pube tenui fusca perparce vestitum. Corpus subtus nigro-chalybæum, nitidum, leviter pubescens, distincte et rude punctatum. Pedes omne nigro-fusci, nitidi, obsolete punctati.

116. Staphylinus *lætus* mihi.

Elongato-angustatus, aterrimus, nitidissimus; capite subovato cum thorace punctis nonnullis majoribus impresso; fronte antice impressa; elytris læte rufo-testaceis, rude punctatis; tarsis anticis brunneis.

Longit. $4\frac{1}{2}$ lin. Lat. 1 lin.

Statura et fere magnitudine *Staph. tristis* Gravenh., paullo tamen angustior.

Caput transversum, crassum, aterrimum, glabrum, politum, apice truncatum, punctis majoribus quibusdam in latere oculorum impressum; fronte transversim impressa. Oculi sat prominuli, ovati, nigro-luridi. Antennæ thorace breviores, totæ

nigræ ; articulo primo baseos elongato, subarcuato, cum secundo et tertio nitido, glabro, reliquis extrorsum gradatim incrassatis, opacis, griseo-pubescentibus ; ore ferrugineo. Thorax antice dilatatus, truncatus, angulis valde deflexis, vix prominulis, nonnihil acutis, lateribus et postice rotundatus, tenuiter marginatus, supra convexus, ater, glaberrimus, politus, ante angulum posticum leviter utrinque impressus, in disco antico puncta parva tria serie utrinque, dein intra angulum anticum nonnulla disperssa, et intra marginem lateralem pauciora serie collocata impressus. Scutellum magnum, triangulare, nigrum, politum ; disco ante medium transversim impressum. Elytra latitudine thoracis, et illo vix longiora, basi retusa, ante humerum sat impressa, lateribus valde deflexa, postice nonnihil dilatata, apice singulatim obtuse rotundata, supra plana, confertissime et rude punctata, tota læte rufo-testacea, nitida, sutura incrassata, elevata. Abdomen pone elytra longitudine reliqui corporis, aterrimum, nitidum, obsolete punctulatum, pube grisea prostrata et pilis nigris longis immixtis parce obtectum. Corpus subtus totum atrum, nitidum, distinctius punctatum, et plerumque densius pubescens ; segmentorum marginibus subferrugineis. Pedes longiusculi, piceo-nigri ; tibiis anticis ferrugineis ; tarsis brunneis.

117. Staphylinus *vicinus* Ménétriés.

Brevis, latiusculus, niger; capite thoraceque glabris, nitidissimis; antennarum basi, elytris pedibusque rufo-ferrugineis; abdomine chalybæo-micante.

Longit. $3\frac{3}{4}$ lin. Lat. $1\frac{1}{4}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 144. n. 177.

Staphylino molochino Gravenh. proximus.

Caput majusculum, parum elongatum, nigrum, politum, apice obtuse rotundatum, punctis quatuor majoribus pone oculos, et duobus in frontis antico juxta marginem oculorum utrinque impressum; fronte convexa, lævissima. Antennæ thorace paullo breviores, fuscæ; articulo primo baseos longissimo, angustato, arcuato, rufo, nitido, extrorsum crassiusculæ; ore palpisque ferrugineis. Oculi magni, aterrimi, vix prominuli. Thorax magnus, postice rotundatus, lateribus subrotundatus, antice angustatus, apice late sed haud profunde emarginatus, angulis vix prominulis, acutis, supra convexus, niger, nitidus, punctis tribus in antico disco seriatim utrinque, et nonnullis in angulo antico majoribus vage dispersis impressus. Scutellum opacum, disco sat impressum, undique crebre punctatum. Elytra thorace vix longiora, et illo paullo angustiora, apice oblique truncata, singulatim sub-rotundata, supra plana, saturate rufa, sub-infuscata, crebre nec non concinne ubique punctata, nitida, circum scutellum impressa, pube grisea tenui parce vestita. Abdomen pone elytra illis triplo fere longius, latum, lateribus fere parallelis, nigro-fuscum, confertissime tenuiter punctatum, opacum, chalybæo-micans, subtiliter

pubescens. Corpus subtus nitidum, distincte nec non crebre punctatum, piceo-nigrum, certo situ chalybæum, sub-cupreomicans. Pedes elongati, tenues, dense punctati, rufo-ferruginei; tibiis quatuor posterioribus nonnihil obscurioribus, et tarsis anticis paullo dilutioribus.

118. STAPHYLINUS *ochripennis* MÉNÉTRIÉS.

Brevis, niger, nitidus; fronte impressa; thorace postice utrinque explanato; elytris fulvo-testaceis; pedibus piceonigris, tarsis anticis testaceis.

Longit. $3\frac{1}{2}$ lin. Lat. $1\frac{1}{4}$ lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 145. n. 578.

Magnitudo, statura et colore præcedenti simillimus, antennis crassioribus, thorace postice magis dilatato, abdomine angustiori et pedibus piceo-nigris præcipue ab illo differt.

Caput parvum, rotundatum, nigrum, nitidum, vertice foveola parva, altera juxta oculos in fronte antice utrinque nec non punctis nonnullis parvis in angulis verticis inæqualiter vage dispersis impressum, fronte convexa, impressionibus tribus planis antice notata. Oculi elongati, ovati, nigri. Antennæ thorace parum breviores, nigræ, antrorsum parum dilatatæ, fuscæ, dense pubescentes; ore palpisque ferrugineis. Thorax antice latitudine capitis, postice valde dilatatus, ampliato-rotundatus, niger, nitidus, lateribus rotundatus, integer, disco antico convexus, punctis tribus parvis serie utrinque notatus, nec non aliis paucioribus quibusdam in latere inæqualiter dispersis, supra angulum posticum late explanatus. Scutellum triangulare, lævigatum, nigrum, nitidum; disco antico sat impresso. Elytra

thorace fere latitudine, paullo tamen angustiora, postice vix dilatata, apice singulatim obtuse rotundata, supra fere plana, confertissime punctata, fulvo-testacea, nitida, pilis brevibus parce obsita. Abdomen pone elytra reliquo corpore paullo brevius, latiusculum, sub-parallelum, nigrum, nitidum, confertissime strigoso-punctatum, pilis similibus uti elytra obtectum. Corpus subtus distinctius punctatum, magis nitidum, nigrum, lateribus et ad anum pilis longis nigris rigidis obsitum. Pedes longiusculi, obsolete minute punctati, piceo-nigri, tibiis anticis apice cum tarsis posterioribus ferrugineis; tarsis anticis testaceis.

119. Staphylinus *multipunctatus* Mannerheim.

Nigro-fuscus, subnitidus; elytris nigro-virescentibus, capite orbiculato distincte ubique ac vage punctato, thorace similiter ac caput punctato medio longitudinaliter læve.

Longit. $3\frac{1}{2}$ lin. Lat. 1 lin.

Statura et magnitudine *Staphylino Puncto* Gravenh. similis.

Caput parvum, orbiculatum, porrectum, nigrum, nitidum, supra parum convexum, distincte ac vage punctatum, pilis brevibus fuscis parce obsitum; fronte in medio longitudinaliter lævigata. Oculi majusculi, nigri. Antennæ longitudine thoracis, totæ nigræ; articulo primo valde elongato apice paullo, et secundo ad basin ferrugineo; palpis nigris. Thorax parvus, parum elongatus, capite haud latior, postice obtuse rotundatus, lateribus pone medium sinuato-angustatus, apice truncatus, angulis anticis parum productis obtuse rotundatis, valde deflexis, supra convexus, niger nitidus, punctis majoribus absque ordine vage dispersis, et in medio disci utrinque longitudinaliter fere

in serie inæqualiter tamen confertim collocatis, area media a basi usque ad apicem lævia. Scutellum triangulare, parum elongatum, nigrum, depressum, confertissime punctatum, opacum; limbo postico lævigato. Elytra thorace paullo longiora, et illo vix latiora, nigro-virescentia, creberrime et distincte punctata, sub-nitida, apice oblique truncata, pilis brevibus obliquis fuscis sat dense obtecta. Abdomen pone elytra reliqui corporis paullo brevius, latum, pone medium nonnihil attenuatum, fusco-nigrum, sub-nitidum, crebre tamen obsolete punctatum, et sat dense pilosum. Corpus subtus densius pilosum, fusco-nigrum, nitidum, confertim nec non concinne punctatum, subviolaceo-micans. Pedes elongati, validiusculi, nigro-picei; tarsis omnibus ferrugineis.

120. Staphylinus *picimanus* Ménétriés.

Piceo-niger, subvirescens; capite orbiculato, foveola frontali; elytris brevibus, viridi-æneis, dense fusco-pubescentibus; abdomine attenuato; pedibus anticis rufo-piceis.

Longit. $3\frac{3}{4}$ lin. Lat. 1 lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 146. n. 582.

Magnitudine et statura fere præcedentis, tamen elytris plerumque brevioribus, et abdomine magis attenuato præcipue diversus.

Caput parvum, valde deflexum, orbiculatum, nigrum, nitidum, læve, vertice convexum, in medio inter oculos foveola parva impressum, et punctis paucis numerosis obsoletis pone oculos irregulariter dispersis, nec non unico majori juxta singulum

oculum anterius notatum; ore cum palpis ferrugineis. Antennæ thoracis longitudine, piceo-nigræ, extrorsum sensim sensimque incrassatæ, fuscæ. Oculi aterrimi, oblongo-ovati, vix prominuli. Thorax brevis, rotundatus, lateribus pone medium sinuatus, basi obtuse rotundatus, apice truncatus, supra modice convexus, niger, nitidus, lævis, certo situ sub-virescens, intra angulum anticum punctis nonnullis dispersis, et series dorsales ante medium tri-punctatæ, punctis omnibus parvis. Scutellum triangulare, nigrum, opacum creberrime tamen obsolete punctulatum. Elytra thoracis medio parum latiora, et illo vix longiora, apice truncata, supra fere plana, ubique confertissime, ac minute punctata, obscure viridi-ænea, sub-nitida, pube tenui fusca parce obducta. Abdomen pone elytra reliquo corpore paullo longius, attenuatum, nigrum, opacum, confertissime strigoso-punctatum, pube fusca prostrata perparce obtectum. Corpus subtus subcylindricum, nigrum, crebre tamen obsolete punctatum. Pedes tenues, piceo-nigri; anticis ferrugineis.

121. Aleochara *flavo-maculata* Ménétriés.

Nigra, nitida, crebre ac obsolete punctata, pubescens; capite thorace multo minori; thorace convexo, transverso, postice deplanato; elytris brevissimis, macula magna apicali triangulari flava in singulo.

Longit. $2\frac{1}{4}$ lin. Lat. $\frac{3}{4}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 147. n. 598.

Statura *Aleocharæ bi-punctatæ* Gravenh. affinis, paullo tamen major, et magis angustata.

Caput valde deflexum, retractum, thorace plerumque minus rotundatum, versus os angustatum, nigrum, nitidum, obsolete ac crebre punctatum, supra fere planum, antice sat depressum, pube brevissima perparum obtectum. Oculi elongato-ovati, nigri. Antennæ thorace plerumque breviores, totæ nigræ, pilosæ, nec non subsetosæ, extrorsum valde incrassatæ. Thorax transversus, antice angustior, apice truncatus, ibique angulis productis, deflexis, obtusis, lateribus et postice rotundatus, supra modice convexus, disco pone medium deplanatus, utrinque deflexus, niger, nitidus, obsoletissime undique punctulatus, et pube tenui fusca parce obductus. Scutellum parvum, triangulare, nigrum, subpunctatum. Elytra brevia, transversa, latitudine plus duplo breviora, apice truncata, lateribus antice parum dilatata, subrotundata, et sat declivia, supra valde depressa, plana, pube fusca parce vestita, ubique confertissime ac obsoletissime punctata, nigro-picea, utrinque ferruginea, præterea macula magna triangulari, læte flava apicali in singulo elytro signata. Abdomen pone elytra reliquo corpore duplo fere longius, latum, subparallelum, nigrum, nitidum, undique crebre strigoso-punctatum, subtiliter pubescens. Corpus subtus valde incrassatum, subcylindricum, distincte et crebre strigoso-punctatum, nigrum, nitidum, pube prostrata fusca longa densius obtectum; ano piceo. Pedes breviusculi, picei; tarsis ferrugineis.

122. Aleochara *apicalis* Ménétriés.

Nigra, nitidissima, obsolete punctulata; thorace rotundato; elytris elongatis, macula flava parva apicali interiori signatis; pedibus piceis.

Longit. $1\frac{1}{2}$ lin. Lat. $\frac{1}{2}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 147. n. 599.

Præcedente duplo fere minor, obsoletius et minus crebre punctata, et plerumque magis nitida.

Caput thorace parum angustius, rotundatum, valde deflexum, apice subangulatum, supra nonnihil convexum, totum nigrum, nitidum, inter oculos tenuiter deplanatum, læve, in verticis angulis tantum subtiliter punctatum. Oculi ovati, nigri, parum prominuli. Os et palpi ferruginei. Antennæ thoracis basi æquantes, nigræ, dense pubescentes, et subsetosæ, antrorsum gradatim incrassatæ. Thorax brevissimus, transversus, lateribus et postice rotundatus, apice truncatus, margine baseos præsertim in medio reflexus, disco antico modice convexus, posterius depressus, niger, nitidus, sub oculo acute armato subtilissime et vage punctatus et pube tenuissima perparce obtectus. Scutellum transversum, postice obtuse rotundatum, supra planum, obsolete punctatum. Elytra latitudine thoracis, sed illo dimidio fere, longiora, apicem singulatim rotundata, lateribus subrotundata, sat deflexa, supra depressa, piceo-nigra, nitida, sat crebre ac obsolete ubique punctata, macula parva, læte-flava in angulo postico interiori subtriangulari in singulo notata, pube tenuissima perparce obtecta. Abdomen pone elytra re-

liquo corpore vix longius, latum, postice perparum attenuatum, nigrum, nitidum, obsolete et vage punctatum, segmentorum marginibus subcrenatum. Corpus subtus incrassatum, nigrum, nitidissimum, obsoletissime ac crebre punctatum, subpilosum. Pedes elongati, graciles picei, anteriores paullo dilutiores.

STERNOXI.

123. ACMÆODERA *vetusta* MÉNÉTRIÉS.

Exscutellata, albo-villosa, obscure viridi-ænea, opaca; thorace subgloboso, postice profunde canaliculato; elytris æqualiter striatis, interstitiis rugulosis, crebre ac subtiliter punctulatis.

Longit. 3 $\frac{3}{4}$ lin. Lat. 1 $\frac{1}{3}$ lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 152. n. 616. Buprestis.

Magnitudine et fere Statura *Bupr. tæniatæ* FABR.

Caput retractum, transversum, obscure viridi-æneum, crebre eroso-punctatum, dense præsertim antice albido-villosum; fronte leviter canaliculata; ore nigro. Antennæ breviusculæ, obtuse dentatæ, nigræ, opacæ, subænescentes. Oculi magni, sat prominuli, testacei, piceo-marmorati. Thorax transversus, longitudine duplo fere brevior, basi et apice exacte truncatus, lateribus fere rectis, ante medium vix rotundatus, supra gibbus, obscure viridi-æneus, confertim ubique eroso-punctatus, disco pone medium profunde canaliculatus, canalicula ante scutellum magis dilatata, undique dense albido-villosus. Scutellum nullum. Elytra elongata subcylindrica, thoracis basi latitudine, pone humerum valde constricta, mox pone medium iterum parum dilatata, intra apicem attenuata, apice ipso obtuse acuminata, supra convexa similiter uti thorax colorata,

æqualiter striata, interstitiis planis, confertim ruguloso-punctatis, et minus dense albido-villosa. Corpus subtus obscure æneum, nitidum, subtilissime punctatum; pectore densissime, et ventralium segmentorum lateribus subfasciculatim albido-villosum; abdomine in medio producto, plerumque magis glabro. Pedes tenues, breves, obscure ænei.

124. ACMÆODERA *inamœna* MIHI. Tab. IV. f. 6.

Exscutellata, oblongo-angustata, cylindrica, tota cano-pubescens, ænea, opaca; thorace globoso; crebre punctulato; elytris fornicatis, integris, striato-punctatis.

Longit. $2\frac{2}{3}$ lin. Lat. $\frac{4}{6}$ lin.

Statura omnino præcedentis, multo tamen minor, et magis cylindrica.

Caput valde retractum, undique confertissime punctulatum, cano-pubescens; fronte deplanata, in medio exarata. Antennæ breves, nigræ. Oculi transversi, magni, brunnei. Thorax transversus, gibbus, longitudine duplo latior, lateribus valde deflexus, in medio rotundatus, apice et postice truncatus, supra valde convexus, crebre punctulatus, dense cano-pubescens, medio disci tenuiter canaliculatus, intra basin leviter transversim depressus, præterea foveola parva utrinque notatus. Scutellum nullum. Elytra basi thoracis latitudine, dein sat profunde sinuata, pone medium dilatata, apicem versus nonnihil angustata, apice ipso rotundata, basi truncata supra fornicata, regulariter profunde punctato-striata, humeris parum productis, striarum interstitiis convexis, creberrime verruculosis, pube cana ubique

vestita. Corpus subtus subæneum, nitidum, obsoletissime undique punctulatum, et densius cano-pubescens. Pedes breviusculi, æneo-nitidi, parce pubescentes.

125. Acmæodera *gibbulosa* Ménétriés.

Exscutellata, cylindrica, æneo-nitida, parce pubescens; thorace globoso, foveola postica impresso; elytris subparallelis, concinne punctato-striatis, interstitiis rugulosis.

Longit. 2 lin. Lat. $\frac{3}{4}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 153. n. 618. Buprestis.

Præcedenti subsimilis, tamen brevior, et magis cylindrica.

Caput retractum, transversum, æneum, nitidum, confertissime eroso-punctatum, parce et breviter griseo-pilosum; fronte exarata. Oculi magni, valde prominuli, globosi, picei. Antennæ crassiusculæ, filiformes, nigræ; ore piceo. Thorax globosus, basi et apice exacte truncatus, margine parum incrassatus, subcrenulatus, lateribus ante medium valde deflexus, subdilatatus, rotundatus, ubique sat confertim æqualiter grosse nec non profunde punctatus, æqualis, æneus, nitidus, pilis griseis, brevibus perparum obsitus, præterea linea angustissima in medio disci longitudinali, fovea parva sed profunda ante scutellum, et altera magis explanata juxta basin utrinque impressus. Scutellum nullum. Elytra fere parallela, cylindrica, pone humerum constricta, ante apicem attenuata, apice ipso obtuse acuminata, supra æqualia, æqualiter concinne punctato striata, interstitiis planis, rugulosis, punctulatis, sed punctulis subseriatim collocatis, similiter uti thorax tota ænea, nitida, et pilis

brevibus griseis vage dispersis obsita. Corpus subtus productum, æneum, nitidum, distincte profunde nec non crebre punctatum, pilis brevibus adpressis griseis perparce obductum. Pedes breves, tenues, ænei; tarsis piceis.

126. Capnodis *anthracina* mihi.

Nigro-violacea; thorace transverso, subcordato, punctato, maculis quinque vix elevatis glabris lucidis, fossulaque postica cordiformi; elytris seriatim punctatis, fossulis inæqualibus et inæqualiter impressis.

Longit. 12—15½ lin. Lat. 5—6½ lin.

Statura et magnitudine *Bupr. cariosæ* Fabr. sed angustior et multo lævior; thoracis structura antice plerumque magis dilatato præcipue differt.

Caput rotundatum, valde retractum, punctis majoribus dispersis et in medio canalicula angustissima tenuiter impressum; fronte versus os carinata, tuberculis duobus approximatis parvis inter oculos signata. Oculi transversi, vix prominuli, luridi. Antennæ thoracis medio breviores, totæ nigræ, opacæ, subcompressæ. Thorax transversus, subcordatus, antice valde dilatatus, apice leviter bi-sinuatus, immarginatus, setulis pallidis fimbriatus, angulis rotundatis, lateribus subreflexus, crenulato-marginatus, postice multo angustior, angulis posticis productis, acutis, basi in medio parum rotundatus, utrinque subtiliter sinuatus, supra modice convexus, glaucescens, undique æqualiter confertissime profunde punctatus, macula magna cuneiformi juxta apicem in medio, nec non altera parva paullo ante medium utrinque, et tertia adhuc minor oblonga juxta basin utrin-

que nigra, lucida, lævi et parum elevata; præterea fossula obcordata ante scutellum profunde impressus. Scutellum parvum, productum, rotundatum, læve. Elytra thorace vix angustiora, basi in medio retusa, lateribus deflexa, ante medium nonnihil dilatata, postice oblique angustata, apice integra, obtusa, supra modice convexa, subnitida, inæqualiter seriatim punctata, interstitiis nonnihil lævibus, foveolis inæqualibus irregulariter dispersis, in fossularum fundo crebre punctata, grisea, intra basin utrinque tenue depressa. Corpus subtus læve, subnitidum, punctis majoribus sparsim impressum. Pedes validi, rude punctati.

127. Capnodis *Henningii* mihi. Tab. IV. f. 7.

Aterrima; thorace subcordato, glauco, confertissime profunde punctulato, maculis quinque nitentibus notato; elytris seriatim punctatis, fossulis albidis dispersis; apice obtusis, rotundatis; corpore subtus punctis majoribus candidis sparsim impresso.

Longit. 11 ½ lin. Lat. 5 lin.

Statura et summa affinitas præcedentis, sed dimidio fere minor; thorax ejusdem structuræ sed forma macularum tota diversa; caput crebrius punctulatum etc.

Caput retractum, crebre punctulatum, vertice tenuissime canaliculatum; fronte plana, tenuiter impressa, inter oculos vix protuberante. Oculi transversi, luridi. Antennæ parum compressæ, dimidio thoracis vix attingentes. Thorax transversus, apice late nec profunde emarginatus ibique setulis brevissimis pallidis læte fimbriatus, angulis parum prominulis, subacutis,

lateribus antice valde dilatatus, rotundatus, immarginatus, posterius angustatus angulis posticis prominulis, acutis, basi in medio parum rotundatus, nonnihil utrinque sinuatus, supra modice convexus, glaucus, æqualiter confertissime profunde punctulatus, macula lata subtriangulari in medio juxta apicem, altera rotundata parva paullo ante medium utrinque lævi, nitida paullo elevata nec non una majori juxta basin utrinque; præterea fossula transversa profunda, supra scutellum; margine pone fossulam lævigato. Scutellum minutum, rotundatum. Elytrorum forma omnino præcedentis, postice paullo tamen angustiora, nec non supra intra basin utrinque minus profunde impressa, striarum interstitiis obsoletissime strigosis, fossulis numerosis albidis dispersis. Corpus subtus cum pedibus opacum, punctis majoribus candidis inæqualiter sparsim dispersis.

128. CAPNODIS *Mannerheimii* MIHI. Tab. IV. f. 8.

Atro-cinerascens; thorace transverso, creberrime verruculoso, maculis quatuor æqualibus rotundatis subelevatis nitidis decorato; elytris rugulosis; corpore subtus nigro, subæneo, nitido.

Longit. 9—13 lin. Lat. 4—6 lin.

Statura fere *Bupr. tenebricosæ* FABR. sed multo major, supra magis lævigata, et elytris plerumque minus attenuatis etc.

Caput retractum, opacum, nigro-cinereum, undique crebre et grosse punctatum, nec non circum oculos ænescens; fronte parum exarata. Oculi magni, transversi, luridi, paullo prominuli. Antennæ compressiusculæ, nigræ, subnitidæ, dimidio thoracis breviores. Thorax transversus apice vix emarginatus,

pallido-fimbriatus, angulis parum prominulis, obtusis, lateribus subcrenulato-marginatus, antice dilatatus, rotundatus, postice angustior, angulis posticis rectis, subacutis, supra modice convexus, cinerascens, macula rotunda, nitida, vix elevata, nigra paullo ante medium utrinque, altera perparum majori juxta basin utrinque, præterea ante scutellum scrobe profunda lunata. Scutellum parvum, rotundatum, læve, nigrum, subelevatum. Elytra thoracis media latitudine, basi in medio parum retusa, lateribus ante medium dilatata, pone medium attenuata, apice integra, obtuse rotundata, supra irregulariter seriatim punctata, interstitiis punctatis, rugulis detritis numerosis immixtis, præterea fossulis planis detrite-æneis inæqualiter dispersis. Corpus subtus parum productum, nigrum, subæneonitidum, punctis numerosis majoribus impressum. Pedes validi, nigri, opaci, grosse punctati.

129. Dicerca *) *Fritillum* Ménétriés.

Viridi-cuprea, supra utrinque rude eroso-punctata, in medio lævior; capite thoraceque profunde canaliculatis; elytris striato-punctatis, pone medium attenuatis, apice truncatis, bi-dentatis.

Longit. 9 lin. Lat. $3\frac{3}{4}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 149. n. 605. Buprestis.

Species certe distincta et statura *Bupr. berolinensi* affinis, tamen major, præsertim latior et plerumque magis lævigata.

---

*) In Catalogo recenti illustrissimi Comitis Dejean p. 77 nomen *Dicercæ* sine dubio, errore typographico, in *Dicercam* mutatum est. Sic et nomen *Julodis* p. 74

Caput rotundatum, retractum, cupreo-æneum, nitidum, vertice subvirescens, ubique confertim profunde eroso punctatum, ad marginem anticum impressum, longitudinaliter sat profunde canaliculatum, pube pallida obtectum. Oculi magni, transversi, aterrimi, parum prominuli. Antennæ thoracis dimidio vix superantes, serratæ, viridi-æneæ, nitidæ; ore nigro. Thorax transversus longitudine duplo fere latior, basi bi-sinuatus, lobo medii magno, obtuse rotundato, angulis acuminatis, ante medium dilatatus, rotundatus, postice sinuatus apice truncatus subtiliter bi-sinuatus, supra modice convexus, cupreus, nitidus, subvirescens, disco rude sed vage latera versus confertissime eroso-punctatus, in medio disci a basi usque apicem profunde canaliculatus. Scutellum parvum, transverse-ovatum, cupreum, disco sat impressum. Elytra basi thoracis latitudine, dein dilatata, rotundata, in medio sinuata, posterius attenuata, apice truncata, singula acute bi-dentata, dentibus inter se æqualibus, supra convexa, sat profunde punctato-striata, interstitiis in medio disci lævissimis, vage et valde obsolete punctulatis, latera versus et postice confertim eroso-punctatis, foveolis planis nonnullis subviridibus immixtis parum inæqualia, margine laterali incrassata. Corpus subtus totum cupreo-æneum, subviride, nitidum, ubique confertim et sat profunde strigoso-punctatum, pube grisea brevissima et valde adpressa perparum obductum;

---

in *Jelodis* esset mutandum. Cur Cel. DEJEAN hanc speciem *B. berolinensi* tribuerit non intelligo, cum nihil commune habeat cum ista nisi characteres genericos. Forma et sculptura plurimarum partium ab ea distinguenda. Nec cum *B. berolinensi*, nec *calcarata*, nec cum varietate *B. alni* MEGERLE convenit. Si quæ affinitas existit cum specie cognita, eam potius ad *B. æneam* L. trahere mallem, cui forma et superficie propior esse videtur. Re bene perpessa, propriam speciem format, transitum parientem a *B. ænea* L, ad *B. berolinensem* F.

sterno profunde canaliculato; segmentorum ventralium lateribus subtiliter impressis. Pedes elongati, crebre et rude punctati, cupreo-æneï.

130. EURYTHYREA *oblita* MIHI. Tab. V. f. 1.

Elongato angustata; thorace læte viridi-æneo, nitido, concinne vage punctato, profunde tri-foveolato; elytris attenuatis, apice acute bi-dentatis, confertim sulcatis, subtiliter punctatis, obscure viridi-chalybeis.

Longit. $6\frac{3}{4}$ lin. Lat. $2\frac{1}{2}$ lin.

Statura et quodammodo colore *Bupr. austriacæ* FABR. subsimilis, tamen plerumque minor; capite majori, et disco thoracis plano etc. evidenter differt.

Caput productum, transversum, glabrum, læte viridi-æneum, nitidum, undique remote punctatum, in medio a basi usque apicem leviter canaliculatum, intra os inæquale. Oculi maximi, prominuli, globosi, fusci. Antennæ subfiliformes, tenues, thoracis medio vix superantes, nigro-violaceæ. Thorax transversus, longitudine duplo brevior, basi bi-sinuatus, lobo medii lato, obtuse rotundato, lateribus parum rotundatus, reflexus, apice late nec profunde bi-sinuatus, margine incrassatus, supra æqualis, modice convexus, disco deplanatus, versus latera antice valde deflexus, ubique æqualiter distincte attamen remote punctatus, viridi-æneus, nitidus, subaureo-micans, foveola rotundata et sat profunda ante medium disci utrinque, et tertia supra scutellum notatus; præterea disco longitudinaliter tenue canaliculato. Scutellum postice rotundatum, apice mucronatum, supra depressum, læve, viridi-æneum, nitidum. Elytra tho-

race parum latiora, postice gradatim attenuata, apice parum dehiscentia, singulatim oblique truncata, subemarginata, acutissime bi-dentata, supra modice et æqualiter convexa, subtilissime vage punctulata, sat profunde ac æqualiter et confertim sulcata, disco læviora, obscure viridi-chalybea, subopaca, lateribus cyaneo-marginata. Corpus subtus totum æqualiter læte viridi cyaneum, nitidum, subaureo-lucens, crebre ac minutissime undique punctatum. Pedes tenues; femoribus obsolete vage punctatis, viridi-æneis; tibiis tarsisque cyaneis.

131. CYPHONOTA *repanda* MÉNÉTRIÉS.

Lata; breviter subtriangulatim ovata, obscure metallica, griseo-pubescens, opaca; thorace rude punctato, basi bi-impresso; elytris lævioribus, subnitidis, subtiliter striato-punctatis, singulo vittis duabus griseis signatis.

Longit. 4 ¼ lin. Lat. 2 ¼ lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 150. n. 606. Buprestis.

Statura, colore et elytrorum pictura *Bupr. sibiricæ* PALL. proxima et valde assimilis, tamen plerumque brevior.

Caput transversum, obscure æneum, ubique confertim eroso-punctatum, pube grisea circum oculos magis condensata ubique dense obductum; fronte plana, lineola læviori nitida antice dilatata signata. Antennæ thoracis medio haud attingentes, crassiusculæ, uno latere obtuse serratæ, nigræ, glabræ, opacæ; ore ferrugineo. Oculi magni, sat prominuli, ovati, globosi, nigri, nonnihil pallido-irrorati. Thorax brevissimus, latitudine triplo fere brevior, basi utrinque leviter bi-sinuatus, lobo medii angulato, angulis posticis acutis, ante medium valde

dilatatus, rotundatus, in angulum obtusum fere productus, apice truncatus, supra convexus, obscure æneus, opacus, ubique rude punctatus, disco tenuiter canaliculatus, fovea lata ac plana juxta basin utrinque impressus, et altera parva sed profunda subtriangulari ante scutellum, pube grisea latera versus plerumque densius obtectum. Scutellum minutum, rotundatum, opacum. Elytra brevia, triangularia, thoracis medio latitudine, et illo quintuplo fere longiora, pone medium subito attenuata, apice ipso truncata, supra modice convexa, medio disci læviora, nitida, tenuiter punctato-striata, canalicula plana obliqua flexuosa a basi usque apicem ducta, lateribus carinata, in fundo canaliculæ nec non in ipso latere utrinque pube grisea confertim condensata in singulo bi-vittato apparet, intra humerum juxta basin utrinque lineola brevi grisea impressa, sutura regione scutelli deplanata. Corpus subtus metallicum, subnitidum, concinne sed vage punctatum, dense præsertim latera versus griseo-pubescens. Pedes mediocres, rude punctati, similiter uti corpus ænei; tarsis nigro-violaceis.

132. Chrysobothris *tetragramma* *) Mannerh.

Deplanata, cupreo-ænea, subnitida, tota subtilissime punctata; thorace inæquali; elytris obscurioribus, obsolete costatis, foveolis tribus parvis aureo-nitendibus in singulo; tibiis tarsisque viridi-cyaneis.

Longit. 5—6¾ lin. Lat. 2—3 lin.

Statura et quodammodo sculptura elytrorum *Bupr. affinis*

*) Nomine quidem Cel. Mannerheim non nisi quatuor maculæ indicantur, cum vero in omnibus meis individuis 6 adsint, tres nimirum in singulo elytro.

Fabr., sed certe diversa; forma semper latiori nec non supra multo læviori faciliter distinguitur.

Caput magnum, rotundatum, cupreo-æneum, opacum, vertice grosse ac remote punctatum, tenuiter carinatum, apice profunde emarginatum, aureo-nitidum; collo saturate viridi, æquali; fronte adpressa, confertissime rude rugoso-punctata, linea angusta sat elevata inter oculos transversa, anterius longitudinaliter canaliculata. Antennæ basi thoracis paullo tantum breviores, tenues, subfiliformes, æneæ, nitidæ. Oculi magni, valde angustati, fusco-luridi. Thorax transversus, latitudine plus duplo brevior, cupreo-æneus, subnitidus, basi utrinque profunde sinuatus, lobo medii rotundato, lateribus obliquis, antrorsum latior, in medio subsinuatus, apice truncatus, angulis anticis valde deflexis acuminatis, supra valde inæqualis, ubique confertim rugoso-punctatus, rugulis transversalibus flexuosis elevatis, disco deplanatus, tenuiter canaliculatus. Scutellum parvum, triangulare, cyaneo-virens, læve, nitidum; angulis lateralibus nec non postice valde acutis. Elytra thorace multo latiora, a basi usque ad medium fere parallela, posterius attenuata, apice utrinque dentata, dentibus parvis, acutis, supra parum convexa, fere plana, inæqualia, obscure ænea, subopaca, creberrime undique concinne punctata, obsolete rugulosa, costis quinque valde obsoletis et foveis rotundatis aureo-nitidis, quarum prima juxta basin, secunda paullo ante medium, et tertia æquali spatio pone medium in singulo signata, supra humerum impressa. Corpus subtus cupreum, nitidum ubique rude rugoso-punctatum, pilis brevibus flavis sparsim obsitum. Pedes robusti; femoribus cupreis, dense rugoso-punctatis, apice ipse violaceis; tarsis linearibus, scabris,

extus cupreis, intus viridi-cyaneis; tarsis omnibus læte viridi-cyaneis, nitidis.

133. Anthaxia *bicolor* mihi. Tab. V. f. 2.

Oblongo-triangularis, depressa; capite thorace et macula triangulari pone scutellum læte viridi-æneis; plaga nigro violacea magna in thoracis disco utrinque; elytris cupreis.

Longit. 3 $\frac{1}{2}$ lin. Lat. 1 $\frac{1}{3}$ lin.

Statura et fere magnitudine *Bupr. candentis* Fabr., et non varietas *B. nitidæ* Rossi uti illustrissimo Com. Dejean placet.

Caput rotundatum, creberrime rugoso-punctatum, viridi-æneum, nitidum; fronte impressa. Oculi castanei, transversi. Antennæ basi thoracis vix breviores, violaceo-viridi-æneæ, nitidæ. Thorax subquadratus, longitndine paullo latior, angulis anticis prominulis, declivibus, acutis, lateribus paullo ante medium rotundatus, supra depressus, angulos posticos versus explanatus, perparum elevatus, in medio disci tenuiter canaliculatus, plaga magna violaceo-nigra laterali utrinque signatus, præterea undique confertissime rugoso-punctatus. Scutellum triangulare, nigrum, opacum. Elytra basi thoracis vix latiora, apicem versus attenuata, integra, subacuminata, lateribus reflexa, summo margine laterali viridi-æneo, supra depressa, cuprea, subnitida, creberrime at obsolete æqualiter rugoso-punctata, plaga magna communi triangulari juxta basin circum scutellum viridi-ænea, ornata. Corpus subtus undique obsoletissime punctulatum, nitidum, saturate læte viridi-æneum. Pedes breviusculi, tenues, viridi-ænei.

134. SPHENOPTERA *glabrata* MÉNÉTIÉS.

Tota nigra, subvirescens ; thorace æquali, postice subcanaliculato , subtiliter remote punctato ; elytris attenuatis , tenuissime punctatis, lineolato-striatis.

Longit. 6—9 lin. Lat. 2—3 ½ lin.

MÉNÉTRIÉS , Catalogue , p. 151. n. 607. Buprestis.

Statura et magnitudine omnino *Bupr. Dejeanii* ZOUBKOFF. Caput productum, rotundatum, subtransversum, remote et obsolete punctatum, vertice convexum, nigrum, opacum, apice distinctius nec non profundius punctatum ibique subæneum et profunde et late excisum, fronte plana, leviter bi-impressa. Oculi mediocres, angustati, luridi. Antennæ nigræ, subfiliformes, obtuse serratæ, nitidæ. Thorax transversus latitudine duplo fere brevior, basi profunde bi-sinuatus, lobo medii truncato, angulis rectis, lateribus vix rotundatus, antice angustatus, apice leviter late bi-emarginatus, supra modice convexus, niger, lævis, opacus, ubique minute æqualiter remote punctatus, pone medium disci depressus, fovea plana, lata longitudinali impressus. Scutellum transversum, supra inæquale. Elytra basi thoracis latitudine, posterius gradatim attenuata, apice sub-acuminata, lateribus præsertim in medio valde reflexa, supra modice et fere undique æqualiter convexa, disco antico tantum paullo elevato, nigra, opaca, certo situ obscure-viridia, lineolis angustissimis et brevissimis per strias æqualiter dispositis; interstitiis planis, obsoletissime coriaceis, nec non minute et vage punctatis. Corpus subtus nigrum, nitidum, obsolete ubique tamen vage punctatum, anterius utrinque æneum; abdomine nitidiori, subpolito. Pedes robusti, breves, rude et concinne punctati, nitidi.

135. Sphenoptera *rugulosa* mihi. Tab. V. f. 3.

Tota nigra, nitida; capite thoraceque punctulato, fronte cuprea; thorace ante scutellum foveolato, disco plano; elytris rugulosis, subseriatim foveolatis.

Longit. $9\frac{1}{2}$ lin. Lat. $3\frac{1}{3}$ lin.

Proxima præcedenti et valde assimilis, attamen rugositate nec non punctura elytrorum evidenter diversa.

Caput parum exertum, convexum, rotundatum, nigrum, crebre punctulatum, inter oculos obsolete exaratum, apice profunde emarginatum; fronte tota læte cuprea. Oculi flavi. Antennæ crassiusculæ, nigræ, nitidæ, thoracis medium vix attingentes. Thoracis forma omnino præcedentis, lateribus linearis, apice brevissime flavo-fimbriatus, supra modice convexus, medio disci tenuiter deplanatus, obsoletissime canaliculatus, supra scutellum fossula rotunda impressus, undique punctulatus. Scutellum transversum, fere cordatum, postice acuminatum, supra depressum, læve. Elytra basi thoracis vix angustiora, dein paullo dilatata, posterius angustata, in medio nonnihil sinuata, apice integra, obtuse rotundata, lateribus reflexa, basi tri-sinuata, angulis humeralibus productis, subacutis, supra modice convexa, disco pone scutellum depresso, undique dense rugulosa, intra basin foveolis seriatim collocatis et pone medium evanescentibus, punctis inæqualibus numerosis inæqualiter immixtis, apicem versus læviora. Corpus subtus productum, aterrimum, nitidum, obsolete punctulatum; lateribus nonnihil metallescentibus nec non parum pubescentibus. Pedes validi, nigri, nitidi, grosse punctati; tibiis incurvis.

136. Sphenoptera *cribrata* mihi Tab. V. f. 4.

Supra tota obscure ænea, nitida; thorace transverso, foveolis tribus rotundatis impresso; elytris attenuatis, rugosis, seriatim cribratis, apice rotundatis, integris; corpore subtus cum pedibus violaceo-nigro.

Longit. $8\frac{1}{2}$ lin. Lat. $3\frac{1}{4}$ lin.

Præcedente paullo latior; thorace breviori et disco haud impresso.

Caput subrotundatum, minutissime punctulatum, inter oculos parum inæquale, apice profunde emarginatum, vertice subtilissime canaliculatum, oculis piceis. Antennæ thorace breviores, crassiusculæ, nigræ. Thorax transversus, longitudine fere duplo latior, apice tenue bi-sinuatus, dense testaceo-fimbriatus, angulis valde prominulis, deflexis, lateribus sublinearis, leviter marginatus, basi bi-sinuatus, lobo medii vix emarginato, angulis fere rectis, subacutis, supra convexus, sub oculo acute armato ubique confertissime ruguloso-punctatus, et punctis majoribus numerosis æqualiter immixtis, ante scutellum foveolis tribus remotis rotundatis sat profunde impressus. Scutellum transversum, subovale, postice tenuiter mucronatum, supra læve, in medio transversim depressum. Elytra basi thoracis æqualia, dein paullulum dilatata, in medio leviter sinuata, posterius gradatim attenuata, apice obtuse rotundata, angulis interioribus nonnihil rotundatis, lateribus acute reflexa, supra modice convexa, regulariter seriatim cribrata, intra basin e fossulis confluentibus valde inæqualia. Corpus subtus productum, violaceo-nigrum, subnitidum, obsolete parce punctatum, testaceo-pubescens. Pedes nigri, subnitidi, crebre punctulati.

137. Sphenoptera *cuprifrons* mihi. Tab. V. f. 5.

Angustata, ænea, nitidissima; fronte cupreo-fulminante; thorace subquadrato, glaberrimo, disco tenuiter depresso; elytris integris, seriatim punctatis; corpore subtus pedibusque nigro-æneis.

Longit. 5 lin. Lat. 2 lin.

Statura et magnitudine *Bupr. inæqualis* Steven, Nouv. Mém. Soc. Imper. Scrut. Mosc. Tom. II. pag. 89, Tab. III. fig. 2; attamen forma thoracis plerumque magis quadrata, et dorso nec fossulis impresso bene diversa; etiamque aliqua ex parte *B. gemellatæ* Dej. affinis.

Caput magnum, transversum, convexum, minutissime punctulatum, vertice obsoletissime canaliculatum, apice semicirculariter rotundatum, emarginatum, ibique nonnihil depressum; fronte inæquali, cupreo-micante. Antennæ breves, nigræ. Oculi ovales, vix prominuli, luridi. Thorax subquadratus, longitudine vix latior, apice tenuiter bi-sinuatus, brevissime flavo-fimbriatus angulis prominulis, subacutis, deflexis, lateribus lineatis, postice vix angustatus, basi sat profunde bi-sinuatus, lobo medio perparum emarginato, angulis subrectis, acutis, supra lævis, modice convexus, disco deplanatus, subtilissime et latera versus fortius punctatus, lateribus tenuiter marginatus. Scutellum transversum, ovale, postice mucronatum, supra paullo depressum, subtiliter punctulatum. Elytra basi thoracis latitudine, dein perparum dilatata, nonnihil sinuata, posterius sensim angustata, apice obtuse rotundata, integra, basi trisinuata, lateribus subreflexa, supra modice convexa, disco

paullo depressa, punctis majoribus seriatim collocatis impressa, interstitiis planis, minutissime ruguloso-punctulatis, præterea fovea lata explanata intra basin utrinque. Corpus subtus nigroæneum, nitidum, lateribus nonnihil pubescens. Pedes breviusculi, paullo corpore obscuriores, punctis majoribus sat crebre impressi.

138. SPHENOPTERA *excavata* MIHI. Tab. V. f. 7.

Cupreo-ænea, nitida, depressa; fronte bi-tuberculata; thorace transverso, tri-sulcato; elytris attenuatis, seriatim profunde excavatis, apice subacutis; corpore subtus violaceo, subæneo, nitido.

Longit. 5 lin. Lat. 2 lin.

Præcedenti subsimilis, thorace breviore et rugositate elytrorum præcipue differt.

Caput magnum, exertum, transversum, obsolete crebre ruguloso-punctatum, apice profunde emarginatum; fronte deplanata, tuberculis duobus lævibus, rotundatis inter oculos notata. Oculi magni, ovales, parum prominuli. Antennæ crassiusculæ, nigræ, dimidio thoracis haud longiores. Thorax transversus, longitudine dimidio fere latior, apice bi-et postice tri-sinuatus, angulis anticis prominulis, acutis, declivibus, lateribus fere lineatis, ante medium vix dilatatus, tenue marginatus, supra depressus, in medio disci lævior, utrinque sat crebre punctulatus, sulcis tribus latis longitudinaliter impressus, sulcorum fundo crebrius punctulatus, supra scutellum scrobe rotunda parva. Scutellum transversum, postice mucronatum, antice subrotundatum, supra nonnihil convexum. Elytra basi thoracis

latitudine et illo paullo obscuriora, pone humeros perparum dilatata, dein tenuiter sinuata, posterius angustata, apice subacuminata, lateribus reflexa, basi tri-sinuata, supra deplanata, excavationibus majoribus in series ordinatis et punctis minutis nec non rugulis obsoletis immixtis. Corpus subtus violaceo-purpurescens, subæneum, nitidum; lateribus cupreis subpubescentibus. Pedes breviusculi, violaceo-ænei, nitidi, grosse punctati.

139. Sphenoptera *Scovitzii* mihi. Tab. V. f. 6.

Unicolor, viridi-ænea, nitidissima; thorace convexo, antice angustato; scutello brevissimo transverso; elytris punctato-striatis, intra apicem sulcatis, apice acute bi-dentatis.

Longit. 5—6⅔ lin. Lat. 2—3 lin.

Præcedente multo major, et supra ubique magis convexa, nec non magis æqualis.

Caput rotundatum, crebre ruguloso-punctatum, vertice tenuiter canaliculatum, apice leviter emarginatum; fronte inæquali, exarato-punctata. Oculi ovales, magni, sat prominuli, nigro-picei. Antennæ breviusculæ, subserratæ, tenues, nigro-æneæ, nitidæ. Thorax transversus, longitudine paullo latior, antice angustatus, apice sat profunde bi-sinuatus, angulis prominulis, acutis, deflexis, lateribus subtiliter marginatus, in medio parparum sinuatus, basi bi-sinuatus, lobo medii truncato, angulis nonnihil productis, acutis, supra æqualiter valde convexus, undique punctatus, medio disci tenuiter canaliculatus. Scutellum brevissimum, transversum, utrinque acuminatum, postice vix mucronatum, basi parum rotundatum, supra

lœve. Elytra thorace æqualia, pone basin vix dilatata, dein subtiliter sinuata, apicem versus angustata, apice truncata, singulo acute bi-dentata, supra valde convexa, vel æqualiter fornicata, regulariter profunde punctato-striata, interstitiis lævibus, planis, minute punctulatis, intra basin utrinque tenue depressa, rugulosa, nec non striarum interstitiis ante apicem convexis. Corpus subtus cum pedibus sat crebre et grosse punctatum, viridi-aureum, nitidum; lateribus subpubescentibus.

Var. β. Nitidior, et multo minor; fronte profunde canaliculata, læviori; elytris multo lævioribus, viridi-cyaneis, aureo-micantibus; corpore subtus cyaneo-viride.

140. Agrilus *subfasciatus* Ménétriés.

Lineari-elongatus, viridi-cœruleus, supra depressus, opacus; thorace inæquali, postice tri-sinuato; elytris valde lineari-elongatis, violaceis, basi transversim cœruleis, apice attenuatis, singulatim acuminatis.

Longit. 4¼ lin. Lat. 1 lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 153. n. 619. Buprestis.

Statura *Bupr. bi-guttatæ* Fabr. valde affinis, tamen paullo minor et præsertim angustior nec non magis parallelus.

Caput rotundatum, productum, viridi-cœruleum, subnitidum, creberrime ubique punctatum, punctis confluentibus; fronte profunde et late impressa, paullo læviori; vertice canaliculato; tuberculo valde obsoleto lævi, nitido antice utrinque signatum, ibique pube grisea subtiliter obtectum. Oculi valde elongati, sublunati, lurido-fusci; ore ferrugineo. An-

tennæ tenues, thorace paullo breviores, nec non profunde serratæ, æneæ, nitidæ. Thorax sub-quadratus, postice angustatus, lateribus obliquis, valde reflexus, basi utrinque profunde sinuatus, lobo medio emarginatus, angulis posticis porrectis, acuminatis, apice truncatus, angulis valde productis, acuminatis, declinatis, supra inæqualis, viridi-cœruleus, transversim leviter bi-impressus, fovea profunda postica, et altera paullo ante medium minus profunda signatus, ubique confertissime striolatus, striolis sat elevatis. Scutellum transversum, postice valde acuminatum; disco intra basin transversaliter sat depresso. Elytra valde elongata, sublinearia, lateribus in medio nec non intra apicem leviter sinuata, apice attenuata, singulatim acuminata, supra depressa, creberrime punctulata, scabriuscula intra basin utrinque valde impressa, ibique cœrulea, dein fascia valde obsoleta cœruleo-violacea, posterius tota violacea, opaca. Corpus subtus cylindricum, læte viridi-æneum, nitidum, sub-alutaceum, abdomine tamen minutissime vage punctatum; segmentorum lateribus impressis; impressionibus dense griseo-pubescentibus. Pedes elongati, tenues, perparce punctati, subtiliter griseo-pubescentes; tarsis omnibus elongatis, fulvo-spungiosis.

141. Agrilus *tribulis* mihi.

Lineari-elongatus, chalybeo-viridi-æneus; capite rotundato, producto, porrecto; thorace quadrato, angulis omnibus valde prominulis, acuminatis; elytris integris in medio constrictis.

Longit. $3\frac{1}{3}$ lin. Lat. $\frac{3}{4}$ lin.

Statura omnino *Bupr. angustulæ* Illiger, paullo tamen major et thoracis structura diversus.

Caput porrectum, valde productum, rotundatum, ubique crebre rugoso-punctatum, summo vertice tenuissime canaliculatum; fronte subplana. Oculi nigri. Antennæ breves, viridi-chalybeæ, subnitidæ, acute serratæ. Thorax quadratus, antice perparum dilatatus, apice truncatus, angulis nonnihil deflexis, valde prominulis, acutis, lateribus lineatis, valde præsertim postice reflexus, basi sat profunde bi-sinuatus, angulis prominulis, obtusiusculis, supra convexus, undique confertim ruguloso-punctatus, latera versus nonnihil explanatus, medio disci tenuiter canaliculatus, intra apicem et paullo pone medium leviter depressus. Scutellum transversum, subtriangulare, rugosum, antice lamina lata transversa. Elytra basi thoracis parum latiora, lineari-elongata, lateribus subdeflexa, acute marginata, in medio sinuata, constricta, pone medium nonnihil angustata, apice integra, obtuse rotundata, supra deplanata, confertissime æqualiter rugoso-punctulata, humeris productis, intra basin transversaliter late depressa. Corpus subtus productum, obscure æneum, nitidum, sub-griseo-pubescens; abdomine nigricanti, undique obsolete rugulosum. Pedes graciles, nitidi, toti olivaceo-ænei.

142. AGRILUS *cuprescens* MÉNÉTRIÉS.

Lineari-oblonga, obscure ænea, supra opaca thorace breviore inæquali, lateribus explanato-rotundato, fovea elongata profunda postica signato; elytris attenuatis, utrinque profunde sinuatis.

Longit. 2 ¾ lin. Lat. 1 lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 154. n. 621. Buprestis.

Statura et magnitudine præcedenti subsimilis a quo thorace breviore præcipue differt.

Caput rotundatum, cupreum, nitidum, confertissime ac obsolete punctulatum, vertice tenuissime canaliculatum; fronte plana, impressionibus aliquot parvis parum inæquali. Antennæ acute serratæ, nigræ, subæneæ, nitidæ. Thorax quadratus, longitudine parum latior, postice vix angustatus, lateribus obliquis, in medio parum rotundatus, sat reflexus, basi utrinque sed haud profunde sinuatus, lobo medio profundius emarginato, apice truncatus, utrinque levissime sinuatus, supra inæqualis, obscure æneus, confertissime rugosus, rugulis sat elevatis, angustatis, intra apicem transversim tenuiter depressus, fovea laterali et una pone medium disci elongata et sat profunda notatus, lateribus nonnihil explanatus, nec non super angulum posticum leviter carinatus. Scutellum transversum, lineare, sublæve, postice mucronatum. Elytra basi thoracis paullo latiora, in medio valde constricta, pone medium iterum dilatata, intra apicem attenuata, nonnihil sinuata, apice ipso singulatim rotundata, supra valde depressa, fere plana, ubique confertissime ac æqualiter punctulata, subscabra, obscure similiter ac thorax ænea, opaca, sutura acute elevata, intra humerum sat impressa; humeris porrectis. Corpus subtus cylindricum, nitidum, obscure æneum, obsoletissime ubique strigosum; abdomine subtilius ut in præcedente punctulato. Pedes longiusculi, ænei, vix visibiliter punctati; femoribus in medio incrassatis; tarsis gracilibus.

143. SYNAPTUS *Erivanus* MIHI. Tab. V. f. 8.

Lineari-elongatus, totus testaceus, pubescens, opacus; antennis filiformibus; thorace sub-quadrato, disco canaliculato; elytris fere linearibus, attenuatis, leviter punctato-striatis; pedibus pallidis.

Longit. $4\frac{1}{2}$ lin. Lat. $1\frac{1}{4}$ lin.

Statura et magnitudine omnino *Elateris filiformis* FABR., a quo præsertim thorace plerumque breviori, et unicolori differt.

Caput minute punctulatum, dense pubescens, anterius parum elongatum, attenuatum, apice truncatum; oculis aterrimis, parum prominulis; antennis thorace longioribus, filiformibus. Thorax sub-quadratus, latitudine vix longior, linearis; angulis posticis productis, acutis; apice sub-truncatus, margine paullo nigricans, angulis anticis valde deflexis; supra modice convexus, tenue in medio canaliculatus, obsolete punctulatus, angulos posticos versus nonnihil explanatus, dense cum capite testaceo-pubescens. Scutellum sub-rotundatum, depressum. Elytra thorace parum latiora, lineari-attenuata, apice paullo acuminata; supra convexa, tenue regulariter punctato-striata; interstitiis planis, obsoletissime punctulatis; ubique pube testacea depressa dense obtecta. Corpus subtus subtilissime punctulatum, brevius sed dense pubescens. Pedes breviusculi, pallidi.

144. Synaptus *Gurgistanus* mihi.

Totus ferrugineus, pubescens; fronte impressa, elytris sub-linearibus, pone medium sensim angustatis, apice acuminatis, subtiliter crenato-striatis.

Longit. 4 $\frac{2}{3}$ lin. Lat. 1 $\frac{5}{6}$ lin.

Præcedenti parum assimilis, sed respectu longitudine duplo latior, et elytris minus attenuatis.

Caput rotundatum, crebre punctatum, apice truncatum; fronte impressa. Antennis thorace longitudine, filiformibus, extrorsum sensim tenuioribus. Thorax latitudine vix longior, sub-linearis; apice retusus, angulis deflexis, acutis, margine niger; lateribus ante medium vix rotundatus, pone medium perparum constrictus; angulis posticis prominulis, carinatis, acuminatis; supra convexus, sat crebre punctulatus; disco pone medium leviter canaliculato. Scutellum oblongo-rotundatum. Elytra thorace parum latiora, sub-linearia, acute marginata, pone medium sensim attenuata, apice acuminata, supra nonnihil convexa, subtiliter crenulato-striata, interstitiis planis, minute punctulatis; humeris prominulis, rotundatis. Corpus subtus densius pubescens, opacum cum pedibus ferrugineum.

145. Cratonychus *persicus* mihi.

Rufo-piceus, pubescens; thorace nigro-piceo, profunde punctulato, anterius dilatato; elytris valde elongatis, tenue punctulato-striatis, interstitiis planis, minutissime punctulatis.

Longit. 6 lin. Lat. 2 lin.

Magnitudine et quodammodo statura *El. fulvipedis* Schönh.,

sed thoracis structura antice latiori, et elytris posterius minus attenuatis præsertim differt.

Caput sub-transversum, piceum, crebre grosse et profunde punctulatum; fronte plana. Antennis thorace vix longioribus, fusco-ferrugineis. Thorax niger, longitudine latior, apice late emarginatus, angulis parum prominulis, sub-acutis; lateribus sub-rotundatus, ultra medium parum dilatatus, antice nonnihil angustatus, angulis posticis valde prominentibus, sub-arcuatis, acuminatis; basi retusus; supra valde convexus, ubique crebre æqualiter profunde punctulatus, intra basin transversim sat depressus. Scutellum rotundatum, nigrum, læve. Elytra thorace vix latiora; humeris prominulis, rotundatis; lateribus in medio tenue sinuata, pone medium parum dilatata, dein attenuata, apice sub-rotundata, ubique tenue marginata; supra convexa, fusco-ferruginea, tenuissime punctulato-striata; interstitiis totis deplanatis, minutissime punctulatis, ubique fusco-pubescentibus; sutura deplanata. Corpus subtus rufo-piceum, æqualiter tenue punctulatum, nitidum, pube testacea, brevi, obtectus. Pedes breviusculi, tenue pubescentes, ferruginei.

146. Cratonychus *Menetriesii* Dej. Tab. V. f. 9.

Elongatus fusco-piceus, totus breviter pilosus; thorace elongato, punctatissimo; antice angustiori; antennis thorace longioribus; elytris attenuatis; corpore subtus, pedibusque fuscis.

Longit. 5 lin. Lat. 1 ½ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 157. n. 630. Elater sobrinus.

Statura et summa affinitas *E. fulvipedis* Schönh., tamen

minor, præsertim brevior; thorace longiori, et antice magis dilatato præcipue differt.

Caput rotundatum, forte punctulatum; fronte modice convexa. Antennis thorace multo longioribus, subserratis, ferrugineis. Thorax latitudine longior, antice parum angustatus, angulis anticis valde declivibus, acutis; apice vix emarginatus; lateribus fere linearis, basi truncatus, angulis valde elongatis, angustis, acuminatis; supra modice convexus, sat dense testaceo-pilosus, crebre et profunde punctulatus. Scutellum vix elongatum, postice obtuse rotundatum, supra depressnm. Elytra basi thoracis latitudine, dein parum dilatata, posterius attenuata; lateribus tenue marginatis; apice sub-acuminata; supra modice convexa, leviter punctulato-striata; interstitiis vix elevatis, minute sed crebre ruguloso-punctatis, sat dense pilosis. Corpus subtus fuscum, sub-nitidum, obsolete punctulatum, pilis depressis, testaceis sat dense obsitum. Pedes fusci, pubescentes.

147. Cratonychus *conformis* mihi.

Lineari-elongatus, rubro-fuscus, subnitidus, pubescens; thoracis angulis posticis valde productis, acuminatis; elytris parallelis, pone medium subattenuatis, rude punctato-striatis, interstitiis concinne confertissime punctulatis.

Longit. $6\frac{1}{2}$ lin. Lat. $1\frac{3}{4}$ lin.

Præcedenti affinis, tamen angustior et paullo minus distincte punctatus; thorace longiore nec non minus convexo etc. bene differt.

Caput productum, transversum, fuscum, subnitidum, antice rotundatum, apice tenuiter emarginatum, utrinque subsinuatum,

supra modice convexum, ubique æqualiter confertissime distincte punctatum, pube tenui flava obductum. Oculi sat prominuli, globosi, fusci subluridi. Antennæ thoracis basi multo longiores, filiformes, uno latere obtuse serratæ, totæ æqualiter, fuscæ, pubescentes. Thorax elongatus, fuscus, ante medium angustatus, angulis valde deflexis, basi truncatus, angulis valde productis, angustatis, acuminatis, lateribus subparallelus, in medio vix rotundatus, supra æqualiter convexus, juxta basin transversim depressus, ibique dilutius fuscus, confertissime ubique concinne nec non æqualiter punctatus, pube flava sat dense obtectus. Scutellum parum elongatum, postice rotundatum, supra deplanatum. Elytra thorace vix angustiora, valde elongata, parallela, pone medium leviter attenuata, basi truncata, supra convexa, intra basin transversim deplanata, evidenter punctato-striata, rubro-fusca, subnitida, pube pallida sat dense vestita, interstitiis subconvexis, creberrime punctulatis, nonnihil rugulosis, lateribus ante medium dilatata; margine laterali reflexo, incrassato. Corpus subtus ubique æqualiter rude punctatum, rubro-fuscum, multo reliquo corpore nitidius et parcius pubescens; segmentorum marginibus in medio utrinque leviter impressis; abdomine paullo dilutiori. Pedes elongati; femoribus parum incrassatis, rubris; tibiis tarsisque paullo obscurioribus nec non denius pubescentibus.

148. Cratonychus *Anachoreta* Ménétriés.

Elongatus, parallelus, convexus, fuscus; thorace nigro, rugoso-punctato, gibba, angulis posticis porrectis, explanatis reflexis; corpore subtùs pedibusque rufo-ferrugineis.

Longit. 6 lin. Lat. 2 lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 159. n. 637. Elater.

Præcedenti subsimilis, sed magis parallelus; capite retracto, antennis brevioribus, nec non thorace antice minus attenuato, multo gibbiore et angulis posticis angustioribus reflexis eo præcipue differt.

Caput retractum, triangulare, nigrum, opacum, densissime ruguloso-punctatum, pube tenuissima perparce obtectum. Antennæ basi thoracis vix superantes, filiformes, totæ fuscæ, opacæ. Oculi parum prominuli, rotundati, globosi, aterrimi, nitidi. Thorax elongatus, parallelus, ante medium perparum angustatus, lateribus præsertim antice valde deflexus, immarginatus, gibbus, basi retusus, angulis posticis porrectis, explanatis, reflexis, angustatis, acuminatis, supra gibbus, piceo-niger, opacus, creberrime rude tamen ubique æqualiter punctatus, pube tenuissima similiter ac caput obductus, pone medium leniter canaliculatus. Scutellum elongatum, postice rotundatum, supra depressum, opacum. Elytra thorace latitudine, valde elongata, parallela, pone medium vix dilatata, intra apicem tantum attenuata, supra convexa, tota fusca, pube tenui vix visibiliter vestita, intra basin valde depressa, sat profunde striata, striis subpunctatis, interstitiis planis, obsoletissime ac creberrime punctulatis. Corpus subtus subcylindricum, rufo-fuscum, mi-

nutissime et densissime punctulatum nec non densius pubescens. Pedes breviusculi, toti unicolores rufo-brunnei.

149. AGRYPNUS *crenicollis* MÉNÉTRIÉS.

Brevis, latus, deplanatus, supra aterrimus, opacus; thorace vage punctato, postice angustato, lateribus explanato-marginato, crenulato; elytris brevibus, striatis, interstitiis gemellato-punctatis; antennis tarsisque rufo-ferrugineis.

Longit. 4—5 lin. Lat. 1—1 $\frac{2}{3}$ lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 156. n. 648. Elater.

Statura cum *El. serricolli* DALM. paullo quadrat, attamen thoracis forma singulari valde diversus.

Caput subretractum, porrectum, nigrum, opacum, apice truncatum, confertissime ac minutissime granulatum, nec non setulis brevissimis flavis ubique sat dense obsitum; fronte explanata. Antennæ dimidio thoracis parum longiores, articulo quatuor baseos piceæ, scabrosæ, tenues; subsequentibus incrassatis, valde compressis, rufo-ferrugineis. Oculi vix prominuli. Thorax latitudine media paullo longior, in medio rotundatus, dilatatus, postice sinuato-angustatus, basi truncatus, angulis posticis porrectis, obtusis, margine laterali incrassato, crenato-marginato, ante apicem constricto, apice profunde et late emarginatus, angulis sat productis, deflexis, obtusis, supra inæqualis, ater, subnitidus, disco antico paullo convexo, posterius deplanato, ubique remote ac grosse punctato, lateribus et intra basin explanatus, setulis brevissimis flavis inæqualiter vage dispersis. Scutellum rotundatum, planum, atrum, opacum.

Elytra basi thoracis parum latiora, in medio nonnihil dilatata, apice rotundata, humeris rectis, acutis, supra plana, aterrima, opaca, scabra, in medio disci subtiliter latera versus distinctius punctato-striata, interstitiis planis, rude gemellato-punctatis, setulis brevissimis flavis similiter uti thorax obsita. Corpus subtus nigro-piceum, remote punctatum, scabrum densissime setosum. Pedes mediocres, scabrosi, picei; tarsis rufo-ferrugineis.

150. ATHOUS *circumductus* MÉNÉTRIÉS.

Elongatus, sublinearis, piceus, subpubescens; thorace elongato, parallelo; elytris profunde punctato-striatis, sutura margineque et segmentorum marginibus rufescentibus.

Longit. 5 lin. Lat. $1\frac{1}{2}$ lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 158. n. 635. Elater.

Statura et magnitudina *El. hæmorrhoidali* FABR. propinquus; sed thorace breviore nec non elytris profundius striatis præcipue diversus.

Caput produtum, porrectum, transversum, subquadratum, nigrum, apice obtuse rotundatum, fere truncatum, supra planum, nonnihil inæquale, ubique profunde et dense punctatum, intra os parum explanatum, undique parce flavo-pubescens. Oculi rotundati, valde prominuli, globosi. Antennæ piceæ, filiformes, thoracis basi paullo longiores; ore rufo-ferrugineo. Thorax latitudine multo longior, lateribus parallelus, in medio vix rotundatus, marginatus, margine ipso subreflexo, basi truncatus, angulis parum productis, acutis, supra modice convexus, ubique minutissime attamen densissime punctulatus, totus niger,

intra basin retusus, ibique canalicula angustissima nec non brevissima notatus, undique pube flava tenui perparce similiter ac caput obductus. Scutellum rotundatum, supra elevatum, nigrum. Elytra thoracis basi latiora, subparallela, intra apicem tantum attenuata, apice rotundata, lateribus reflexa, acute marginata, supra modice convexa, fusca, profunde punctato-striata, interstitiis subelevatis, vix visibiliter remote punctulatis, sutura et margine laterali rufescentia, undique breviter et parce pubescentia. Corpus subtus nigro-piceum, nitidum, perparce griseo-pubescens, et obsoletissime vix visibiliter punctulatum; segmentorum marginibus rufescentibus Pedes longiusculi, tenues, picei; femoribus parum incrassatis, apice cum tibiis tarsisque paullo dilutioribus.

151. Limonius *araratensis* mihi.

Lineari-elongatus, totus flavo-testaceus, nitidus, sub-pubescens; antennis filiformibus; thorace elongato, angulis posticis brevibus, reflexis acutis, elytris linearibus, profunde punctato-striatis.

Longit. 3 lin. Lat. 1 lin.

Statura et magnitudine *El. minuti* Lin.

Caput rotundatum, exertum, apice sub-truncatum; subtiliter undique punctulatum; fronte plana, linea parum elevata in medio; vertice convexo. Oculis prominulis, rotundatis, nigris. Antennis filiformibus, thorace haud longioribus. Thorax latitudine multo longior, utrinque sub-linearis, apice truncatus, lateribus tenue marginatus, anterius vix rotundatus, pone medium leviter sinuatus; angulis posticis breviusculis, reflexis,

acutis; supra convexus, obsolete undique punctulatus. Scutellum minutum, sub-rotundatum. Elytra thorace vix latiora, elongata, paullo obscuriora, fere lurida, lateribus liniares, apice rotunda, ipso apice late marginato; supra convexa, profunde punctato-striata; interstitiis planis, sub-lævibus. Corpus subtus fere cylindricum, minute punctulatum; abdomine lurido. Pedes breviusculi, tenues.

152. LIMONIUS *crenulatus* MIHI.

Minutus, lineari-elongatus, angustatus, supra olivaceo-æneus, pubescens; antennis thorace longioribus, elytris crenulato-striatis, pilosis; corpore subtus nigro.

Longit. $2\frac{2}{3}$ lin. Lat. $\frac{3}{4}$ lin.

Præcedenti proximus, tamen paullo minor, et duplo fere angustior.

Caput exertum, latum, nigrum, crebre punctulatum, apice sub-truncatum, reflexum; fronte exarata. Antennis depressis, serratis, nigris, thorace longioribus. Thorax latitudine sesquilongior, lateribus linearis deflexus; angulis posticis brevibus acutis; supra convexus, nitidus, niger, sub-viridi-ænescens, tenue pubescens, confertim punctulatus. Scutellum oblongiusculum, nigrum, nitidum. Elytra thorace parum latiora, linearia, apice rotundata, supra convexa, opaca, crenato-striata; interstitiis parum elevatis, sat crebre crenulatis; tota nigra, sub-viridi-ænea, pilis brevibus canis parce obtecta. Corpus subtus, sub-cylindricum, nigrum, nitidum, detrite punctulatum, pube grisea tenue obtectum. Pedes tenues, nigri; tarsis piceis.

153. Cardiophorus *pictus*. Tab. VI. f. 1.

Oblongus, incrassatus, pubescens, opacus ; capite piceo ; thorace magno ferrugineo, nitido ; scutello postice acuto ; elytris oblongo-ovatis, nigris, fascia lata juxta basin, et altera medio cinerea.

Longit. $3\frac{2}{3}$ lin. Lat. $1\frac{1}{4}$ lin.

Statura omnino, et fere magnitudine *El. ruficollis* Lin. paullo tamen longior, sed multo latior et crassior.

Caput piceum antice rotundatum ; vertice modice convexo, foveola elongata, parva tenue impresso ; undique minutissime punctulatum ; margine reflexo, nigro. Antennis thorace paullo longioribus, tenuibus, piceo-fuscis, griseo-pubescentibus, setulis nonnullis rufis parce obsitis. Oculis luridis. Thorax magnus, valde incrassatus, ferrugineus, apice late emarginatus, tenue nigro-marginatus ; lateribus rotundatus, immarginatus ; basi bi-sinuatus, lobo medio truncato, angulis posticis brevibus, obtusiusculis, supra valde convexus, lævis, sub-nitidus, testaceo-pubescens, pone medium leviter canaliculatus, sub oculo acute armato undique confertissime punctulatus. Scutellum cordatum, supra longitudinaliter sat depressum, nigrum, postice acutum. Elytra oblongo-ovata, nigra, basi thoracis vix latiora, apice sub-rotundata ; supra modice convexa, glabra, profunde punctato-striata ; interstitiis planis, lævibus ; fascia lata e pube cinerea depressa juxta basin, et altera paullo pone medium signata. Corpus subtus cum pedibus piceo-nigrum, opacum, pube grisea, brevi sat dense obtectum ; ano ipso, tarsisque fusco-ferrugineis ; thorace subtus in medio longitudinaliter nigro.

154. CARDIOPHORUS *megathorax* MIHI. Tab. VI. f. 2.

Niger, nitidus; thorace lævissimo, lucido, antice valde dilatato; elytris tenuissime crenulato-strialis, sub-pubescentibus, suturam juxta depressis.

Longit. 3 lin. Lat. 1 lin.

Statura et magnitudine omnino *El. bi-guttati* FABR., tamen structura thoracis valde diversa.

Caput valde retractum, rotundatum, nigrum, nitidum, læve, nonnihil pubescens; fronte sat impressa. Antennis thorace longioribus, nigris, filiformibus, griseo-pubescentibus. Thorax niger, lævissimus, lucidus, latitudine paullo longior; ante medium valde dilatatus, posterius angustatus; angulis posticis brevibus, sub-arcuatis, inflexis, acutis; lateribus tenue marginatus; apice truncatus; basi leviter bi-sinuatus; supra valde convexus, pube brevi, grisea, parce tectus; præterea fascia diluta e pube grisea, depressa, lata transversa intra basin. Scutellum sub-cordatum, postice acuminatum, supra læve, vix depressum, basi sub-didymum. Elytra parum elongata, thorace vix latiora, in medio nonnihil dilatata, postice angustata, apice rotundata, lateribus sat late marginatis; supra modice convexa, suturam juxta depressa, tenuissime crenulato-striata, subnitida, interstitiis planis, lævibus, sub oculo acute armato parum obsolete rugulosis, pube grisea parce obtecta. Corpus subtus cum pedibus nigrum, griseo-pubescens; tarsis piceis.

155. DRASTERIUS *permodicus* MIHI. Tab. VI. f. 3.

Minimus, oblongo-ovatus, totus rufus, pubescens; antennis pedibusque testaceis; thorace magno, sub-quadrato; elytris brevibus, profunde punctato-striatis.

Longit. $2\frac{1}{2}$ lin. Lat. $\frac{3}{4}$ lin.

Magnitudine fere *El. bi-maculati* FABR., paullo tamen longior, sed duplo fere latior, præsertim magis depressus, et structura thoracis quadratior.

Caput latum, brunneum, apice rotundatum, testaceo-pubescens, vix punctulatum; fronte fere plana. Antennis thorace longioribus, testaceis, filiformibus. Oculis sat prominulis, aterrimis, lucidis. Thorax sub-quadratus, latitudine parum longior, lateribus immarginatus, nonnihil linearis, antice perparum angustatus, angulis posticis porrectis, brevibus, acuminatis; apice truncatus; supra modice convexus, lævis, sub-nitidus, pube testacea parce obtectus. Scutellum sub-cordatum, postice acuminatum, supra anterius valde depressum. Elytra oblongo-ovata, basi thoracis latitudine, medium versus parum dilatata, posterius attenuata, acuminata; supra tenue depressa, vix thorace pallidiora, profunde punctato-striata; interstitiis lævibus, parum elevatis, modo oculo acute armato obsolete rugulosis. Corpus subtus rufum, sub-nitidum, læve, pube brevi, testacea, depressa obtectum. Pedibus gracilibus, elongatis, totis pallido-testaceis.

156. Ludius *Eschscholtzii* mihi. Tab. VI. f. 4.

Anthracinus, sub-nitidus; antennis depressis, acute et longe serratis; elytris elongato-ovatis, brunneis, sutura late nigra.

Longit. 4—4 $\frac{3}{4}$ lin. Lat. 1 $\frac{1}{4}$—1 $\frac{3}{4}$ lin.

Statura et magnitudine fere *El. Bæberi* Esch.

Caput valde exertum, rotundatum, violaceo-nigrum, antice parum attenuatum, apice truncatum, undique crebre sed minute punctulatum, brevissime pubescens, fronte inter antennas sat exarata, inter oculos plana. Antennis longiusculis, piceo-nigris, valde depressis, longe serratis. Thorax violaceo niger, in medio dilatatus, antice parum angustatus; apice late emarginatus, angulis prominulis, acutis; lateribus sub-rotundatus, leviter marginatus, angulis posticis brevibus, acuminatis, parum porrectis; supra convexus, foveola elongata in disco pone medium impressus, minutissime punctulatus, sub-pubescens. Scutellum rotundatum, nigrum, supra excavatum. Elytra elongato-ovata, basi thoracis vix latiora, pone medium dilatata, apicem versus attenuata sub-acuminata, lateribus late reflexis; supra modice convexa, striata, brunnea, in striis leviter punctata; interstitiis deplanatis, sat crebre minute punctulatis; intra basin parum sulcata, sutura late nigra, pube brevi undique sed parce obtecta. Corpus subtus cum pedibus anthracinum, nitidum, vix pubescens.

157. Ludius *caucasicus* Ménétriés.

Supra viridi-violaceus, nitidus; thorace magno, subgibbo, lateribus rotundato; elytris postice dilatatis, rotundatis; pedibus ferrugineis.

Longit. $5\frac{1}{3}$ lin. Lat. 3 lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 155. n. 626. Elater.

Staturâ et magnitudine *El. æneo* proximus et valde assimilis; paullo tamen latior, a quo thorace latiore, nec non gibbiore et elytris postice magis dilatatis præsertim diversus.

Caput subretractum, deflexum, transversum, apice rotundatum, ubique concinne punctatum; fronte plana, parum inæquali, et inter oculos triangulariter impressa, foveola parva rotundata apice notata. Oculi parvi, globosi, nonnihil prominuli, picei. Antennæ basi thoracis multo breviores, filiformes, basi piceæ, nitidæ, antrorsum ferrugineæ, opacæ. Thorax magnus, lateribus ante medium dilatatus, rotundatus, postice subsinuatus, angulis posticis valde productis, acuminatis, supra carinatis, apice late nec profunde emarginatus, angulis anticis subdeflexis, supra valde convexus, gibbus, viridi-violaceus, nitidus, ubique creberrime ac obsolete punctulatus, disco tenuissime canaliculatus, intra basin valde retusus, impressionibus nonnullis intra apicem parum inæqualis, margine antico et laterali reflexo. Scutellum subtriangulare, convexum, nitidum, subtilissime ac crebre punctatum. Elytra basi thoracis angustiora, dein posterius sensim dilatata, rotundata, intra apicem attenuata, apice ipso rotundata, supra convexa, viridi-violacea, nitida, profunde striata, interstitiis obsolete rugulosis, subtilis-

sime remote punctatis supra humerum impressa, humeris productis rotundatis, margine laterali reflexo, posterius subexplanato. Corpus subtus nigro piceum, magis nitidum, viridi-violaceo-micans, subtilissime punctulatum. Pedes elongati, tenues; femoribus parum incrassatis ferrugineis; tibiis, tarsisque rufo-brunneis.

158. Ludius *saginatus* Ménétriés.

Totus obscure œneus, latus, cinereo-pubescens; elytris posterius dilatatis; antennis brevibus; pedibus piceis.

Longit. 8 lin. Lat. $3\frac{1}{4}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 154. n. 623. Elater.

Statura et summa affinitas *El. lati* Fabr., sed multo major, præsertim latior et convexior, color et conformatio partium similes, forma thoracis breviori, nec non latiori præcipue differe videtur.

Caput crebre rugoso-punctatum; fronte impressa. Antennæ thorace breviores, crassiusculæ, nigro-fuscæ. Thorax longitudine latior, apice late emarginatus, angulis productis, obtusis, lateribus rotundatus, in medio dilatatus, tenuiter marginatus, angulis posticis validis, elongatis, acutis, elytris arcte aplicatis, basi bi-sinuatus, lobo medii leviter emarginato, supra valde convexus, confertissime punctulatus, leviter canaliculatus, fovea lata nec profunda antice utrinque impressus. Scutellum rotundatum, læve. Elytra valde convexa, lateribus reflexa, in medio nonnihil constricta, pone medium dilatata, intra apicem attenuata, subacuminata, supra convexa, profunde striata, inter-

stitiis paullo elevatis, confertissime punctulatis. Corpus subtus densius pubescens, crebre ac obsolete punctulatum. Pedes breviusculi, picei.

Var. β. Paullo minor, densius pubescens, cupreo-æneus, corpore subtus obscuriori.

159. Ludius *profugus* mihi.

Oblongus, nitidus; thorace gibbo, aterrimo; fronte profunde exarata; elytris concinne striatis, interstitiis elevatis, crebre rugoso-punctatis, violaceo-viridi-æneis, postice dilatatis.

Longit. 6 lin. Lat. $2\frac{1}{4}$ lin.

Statura et magnitudine *El. melancholici* Fabr. tamen multo latior, crassior, et thorace breviore faciliter distinguitur.

Caput nigrum, crebre ruguloso-punctatum; fronte profunde exarata. Antennæ basi thoracis æquantes, simplices, piceæ. Thorax latitudine paullo longior, antice dilatatus, intra apicem paullo angustatus, apice emarginatus, angulis prominulis, acutis, lateribus tenuiter marginatus, rotundatus angulis posticis validis, sat elongatis, carinatis, acuminatis, supra gibbus, lævis, niger, nitidus, obsoletissime punctulatus, foveola rotunda paullo pone medium utrinque tenuiter impressus. Scutellum subrotundatum, piceo-nigrum. Elytra thorace paullo latiora, pone medium dilatata, dein apicem versus angustata, subacuminata, margine laterali sat reflexa, unde intra marginem leviter canaliculata, supra valde convexa, violaceo-ænea, sub-virescentia, profunde punctato-striata interstitiis elevatis, confertissime

rugoso-punctulatis. Corpus subtus obsoletissime punctulatum, piceum nonnihil pubescens. Pedes breviusculi, picei, pubescentes; tarsis ferrugineis.

160. AGRIOTES *lapicida* MIHI.

Brevis, fusco-niger, totus olivaceo-pubescens, opacus; thorace elongato; antennis brunneis; pedibus ferrugineis, elytris postice dilatatis, subtiliter punctulato-striatis.

Longit. $3\frac{2}{3}$ lin. Lat. $1\frac{1}{6}$ lin.

Statura fere *El. variabilis* FABR., sed dimidio fere angustior et paullo brevior, thorace elongato, et ante medium ampliato præcipue differt.

Caput porrectum, nigrum dense olivaceo-pubescens, apice rotundatum, supra modice convexum, crebre æqualiter punctatum; fronte tenue canaliculata. Antennis thorace brevioribus, crassiusculis, totis brunneis. Thorax niger, latitudine longior, antice dilatatus, valde convexus; apice late emarginatus, angulis valde deflexis, prominulis, obtusis; lateribus sublinearibus, tenue sed acute marginatis; postice parum angustatus, angulis posticis, porrectis, productis, acuminatis; basi truncatus; supra convexus, confertissime undique punctulatus. Scutellum rotundatum, depressum, nigrum. Elytra oblongo-ovata, piceo-nigra, opaca, basi thoracis angustiora, dein versus medium dilatata, apicem versus rotundata, apice ipso subacuminato; supra valde convexa, æqualiter-punctato-striata; interstitiis planis, subtiliter punctulatis; pube olivacea depressa dense obtecta. Corpus subtus productum, piceo-nigrum, cre-

bre sed obsolete punctulatum, pube densius obtectum, unde opacum. Pedibus breviusculis, sub-nitidis, ferrugineis.

161. Dolopius *contiguus* mihi.

Totus niger, nitidus, sub-lineari-elongatus; thorace polito, lucido, antice dilatato; elytris profunde, striatis, interstitiis elevatis, granulatis.

Longit. 3 lin. Lat. $\frac{4}{5}$ lin.

Statura et magnitudine *El. marginati* Lin., vix tamen brevior præsertim angustior, thorace antice plerumque magis dilatato, elytris brevioribus et profundius striatis.

Caput antice rotundatum, reflexum, obsolete undique punctulatum; fronte sat impressa. Antennis thorace multo longioribus, filiformibus, simplicibus, nigris, dense cano-pubescentibus. Thorax lævissimus, lucidus, niger, antice dilatatus, latitudine medii vix longior; angulis posticis prominulis, acutis, sub-arcuatis; lateribus tenuissime acute marginatus; basi leviter bi-sinuatus; apice truncatus; supra convexus, pube brevissima grisea parce et intra basin paullo densius obtectus. Scutellum sub-cordatum, nigrum, nitidum, postice acuminatum, supra nonnihil depressum, apice bi-fidum. Elytra thorace latiora, nigra, sub nitida, lateribus fere lineares, in medio tenue dilatata, apice rotundata; supra modice convexa, profunde striata; interstitiis striarum nonnihil elevatis, obsolete granulatis, parce griseo-pubescentibus. Corpus subtus cum pedibus nigrum, nitidum, dense cano pubescens; tarsis piceis.

162. Dolopius *decorus* mihi. Tab. VI. f. 5.

Brevis, lineari-elongatus, pubescens; thorace nigro, postice olivaceo-fasciato; elytris rufo-piceis, profunde punctato-striatis, plaga elongata humerali, pedibusque pallidis.

Longit. $3\frac{1}{6}$ lin. Lat. 1 lin.

Statura et magnitudine fere præcedentis, paullo tamen latior, et magis cylindricus nec non structura thoracis diversa.

Caput nigrum, rotundatum, pube testacea sat dense obtectum; fronte convexa. Antennis thorace parum longioribus, totis ferrugineis, filiformibus. Thorax niger, sub-nitidus, in medio dilatatus, lateribus immarginatus, rotundatus, apice late emarginatus, tenue marginatus, angulis anticis parum prominulis, acutis, ipso angulo ferrugineo; basi tenue bi-sinuatus, angulis breviusculis, sub-arcuatis, inflexis, acutis; supra valde convexus, lævissimus, pube valde depressa adspersus, fascia olivacea e pube dense depressa juxta basin transversa. Scutellum cordatum, postice acuminatum; supra impressum, opacum, piceum. Elytra lineari-elongata, thorace haud latiora, in medio vix dilatata, apice-rotundata, lateribus acute marginata; supra modice convexa, fusco-picea, profunde punctato-striata, interstitiis subtilissime punctulatis, plaga elongata, pallida humerali decorata, pube brevissima, olivacea, sat dense obtecta. Corpus subtus piceo-nigrum, valde productum, subnitidum, sat dense pubescens. Pedibus pallidis.

Var. β. Paullo major; elytris totis fuscis, plaga humerali detrita, et vix conspicua, profundius punctato-striatis, et pedibus ferrugineis.

Var. γ. Adhuc paullo major, præsertim latior, elytris totis rufis; disco thoracis tenue canaliculato.

MALACODERMATA.

163. Isosoma Mannerheim.

CHARACTER GENERIS.

« *Antennæ* breves, extrorsum moniliformes, vel sub-foliaceæ; articulo basali majore, subcylindrico, 2 brevi, nodoso, 3—4 longioribus, subcylindricis, 5—10 sensim brevioribus, compressis, reniformibus, ultimo compresso, obcordato.

Mandibulæ corneæ, validæ, haud exsertæ.

Palpi articulis æqualibus, subcylindricis, ultimo apice nonnihil rotundato.

Corpus sublineare, elongatum, antice posticeque attenuatum. *Caput* subinflexum; fronte triangulariter impressa. *Thorax* longitudine vix latior, antice nonnihil angustior, basi profunde bi-sinuatus, angulis acutis. *Elytra* thorace quadruplo longiora, apice subattenuata. *Sternum* primum antice truncatum, haud concavo-dilatatum, postice inter pedes nonnihil productum. *Pedes* tenues; femora haud appendiculata; tarsi articulis compressis, cylindricis.

Ab ἴσος æqualis, et σωμα corpus.

Genus Cebrioni affine, statura, antennarum forma, mandibulisque haud prominulis ab illo imprimis diversum. »

Isosoma *elateroide* Mannerh.

Nigro-piceum, concinne punctatum, parce griseo-pubescens; antennarum articulo ultimo ferrugineo; tarsis rufescentibus; elytris profunde striatis.

Longit. 9½ lin. Lat. 3 lin.

Statura quodammodo *El. fulvipedis* Schönh. sed multo majus et plerumque magis incrassatum.

Caput rotundatum, convexum, nitidum, creberrime punctulatum, pube grisea parce obtectum, inter antennas carinatum. Oculi majores, globosi, luridi. Antennæ longitudine thoracis, extrorsum sensim incrassatæ, piceo-nigræ, leviter pubescentes; articulo ultimo parvo, rufo. Thorax subtransversus, antice angustatus, niger, crebre punctatus, griseo-pubescens, nonnihil nitidus, lateribus declivis, subrotundatus, marginatus, basi bisinuatus, lobo medii emarginato, angulis productis, acutis, apice late sed haud profunde emarginatus, supra convexus, inæqualis, carina abbreviata juxta basin. Scutellum elongatum, elevatum, glabrum, nitidum. Elytra basi thoracis latitudine, valde elongata, nigra, subnitida, in medium paulisper constricta, lateribus anguste marginata, ante medium deflexa, pone medium apicem versus sensim attenuata, supra subcylindrica, basi transversim valde depressa, striis novem elevatis, rotundatis, æqualibus in singulo, undique æqualiter creberrime punctulata, pube grisea sparsim vestita, humeris productis, obsolete rufo-maculatis. Corpus subtus subcylindricum, piceum, minutissime sed creberrime punctulatum, nitidum, pube depressa grisea sparsim obtectum; ano rufo. Pedes picei, obsoletissime punctulati, nonnihil pubescentes; tarsis rufis.

164. ATOPA *elongata* *) MIHI.

Tota nigra, opaca, fusco-pubescens; thorace breviore, gibbo; elytris valde elongatis, angustatis, parallelis, obsolete striatis; tarsis fuscis.

Longit. 4 ¾ lin. Lat. 1 ¾ lin.

Magnitudo et omnino statura *Atopæ cervinæ* FABR., sed evidenter species diversa.

Caput retractum, deflexum, transversum, nigrum, opacum, pube fusca prostrata parce obtectum, inter antennas elevatum, incrassatum; fronte utrinque impressa. Antennæ dimidium corporis superantes, filiformes, totæ nigræ, opacæ, pubescentes. Oculi rotundati, globosi, sat prominuli, luridi. Thorax transversus, latitudine plus duplo brevior, niger, opacus, basi utrinque late sed leviter sinuatus, lobo medio truncato, angulis reflexis, acutis, lateribus parum rotundatus, reflexus, nec non ante apicem angustatus, apice truncatus, angulis obtusis, disco ante medium gibbus, levissime longitudinaliter canaliculatus, impressionibus duabus paullo pone medium utrinque notatus, pube valde condensata fusca obtectus, super angulos posticos nonnihil explanatus. Scutellum triangulare, lateribus et basi obtuse rotundatum, supra deplanatum, dense pubescens. Elytra thorace latiora, valde elongata, parallela, apice rotundata, lateribus reflexa, supra æqualiter cylindrica, tota fusco-nigra, obsoletissime striata, pube cinereo-fusca sat dense vestita unde

---

*) Illustrissimus Comes DEJEAN hanc speciem cum *Atopa cinerea* conjungit, sed vix jures, cum plurima individua eamdem differentiam offerant. Propior est *Atopæ cervinæ*.

opaca, sub oculo acute armato creberrime tamen valde obsolete punctata, humeris productis, nonnihil erectis, obtuse rotundatis. Corpus subtus totum nigrum, opacum, obsoletissime coriaceum, et parcius pubescens. Pedes elongati, robusti, toti nigri, opaci, leviter pubescentes; tibiis anticis extus arcuatis; tarsis omnibus fuscis; unguiculis paullo dilutioribus.

Var. β. Tota atra, supra subnitida, et parcius pubescens; elytris distinctius striatis, striarum interstiis evidentius ruguloso-punctatis.

165. LAMPYRIS *orientalis* MIHI. Tab. VI. f. 6. 7.

Subtus testaceo fusca; antennis brunneis; thorace magno, lateribus apiceque late albo, disco piceo; elytris latis, valde elongatis, fuscis, costis tribus valde elevatis in singulo.

Longit. 5—6 $\frac{1}{2}$ lin. Lat. 2 $\frac{1}{3}$ lin.

Statura et colore Lampyridi noctilucæ subsimilis; tamen paullo major præsertim latior; thorace duplo fere majori; elytris obscurioribus, posterius plerumque magis ampliatis, et costis tribus valde elevatis differt.

Caput valde retractum, nigrum; ore testaceo; oculis maximis, globosis, fuscis. Antennæ crassiusculæ, brunneæ, thorace vix longiores, griseo-pubescentes; articulo basali apice testaceo. Thorax magnus, latitudine vix brevior, disco parum convexus, piceus, lateribus et ante medium late explanatus, albus, margine reflexus; linea angusta longitudinali in medio disci, anterius magis elevata; undique obsolete coriaceus. Scutellum minutissimum, testaceum, subtriangulare, postice

rotundatum; disco sat impressum, margine pallidiore. Elytra valde elongata, linearia, thoracis basi vix latiora, medium versus parum dilatata; apice singulatim rotundata; fusca, undique rude coriacea; costis tribus acute et valde elevatis in singulo; brevissime griseo-pubescentia. Corpus subtus cum pedibus testaceum, nonnihil infuscatum; tarsis fuscis.

Femina. F. 7. Tota nigra, duplo fere major, aptera; supra valde deplanata, inæqualis; disco canaliculato, lateribus albomaculatis; undique tenue pubescens, antice leviter emarginata; pedibus piceis.

166. Colophotia *mehadiensis* Dahl.

Elongata, nigra; thorace transverso, pulvinato; pectore pedibusque rufis; antennis tarsisque fuscis; elytris quadrilineatis; abdominis apice albo.

Longit. 5 lin. Lat. 2 lin.

Statura et magnitudine *Lampyridis italicæ* Fabr., tamen duplo fere latior, et plerumque magis abbreviata.

Caput brevissimum, transversum, nigrum, nitidum, eroso-punctatum; fronte inter oculos profunde excavata; oculis magnis, prominulis, nigris. Antennæ fuscæ, crassiusculæ, dimidio corpore parum breviores, extrorsum tenuiores, subpilosæ. Thorax brevis, longitudine duplo latior; basi in medio parum rotundatus, utrinque sat profunde sinuatus, unde angulis valde prominulis, obtusis; anterius angustior, lateribus cum apice tenue rotundatis, leviter reflexis; supra convexus, punctis majoribus creberrime impressus, rufus, livido-irroratus,

parce pilosus, inæqualis; linea angustissima longitudinali in medio disci subtiliter impressus; supra scutellum carinatus; ubique detrite glauco-pruinosus. Scutellum triangulare, fulvum, rude punctatum, disco depressum, subnitidum, pilosum. Elytra basi thoracis vix angustiora, dein posterius sensim sensimque latiora, apice iterum nonnihil attenuata, tota fusco-picea; lateribus valde reflexis, obscurioribus; supra modice convexa, nitida, sat crebre ruguloso-punctata, lineis quatuor acute elevatis longitudinalibus, in singulo, undique breviter testaceo-pilosa. Corpus subtus valde incrassatum, obsolete coriaceum, nitidum; pectore læte rufo; abdomine fusco; ano albo, sublutescens. Pedes breves, pubescentes, femoribus testaceis; tibiis, tarsisque fuscis.

167. Cantharis *signata* mihi.

Testacea; vertice nigro-lineata; thoracis lateribus valde explanatis, pallidioribus, disco infuscato; elytris lividis; pectore nigro; pedibus rufis unicoloribus.

Longit. $4\frac{3}{4}$ lin. Lat. $1\frac{1}{2}$ lin.

Statura et magnitudine *Cantharidis rufæ* Fabr. paullo tamen major.

Caput rufo-testaceum, nitidum, obsoletissime punctulatum, læve, inter antennas exaratum, lineola nigra summo vertice decoratum Oculi aterrimi, globosi. Antennæ testaceæ, dimidio corpore haud longiores, pubescentes. Thorax anterius parum angustatus, apice obtuse rotundatus; basi fere truncatus; lateribus rotundatis; disco convexus, subdidymus, nitidus, fulvo-testaceus, nonnihil infuscatus, vel irroratus; lateribus

valde explanatus, reflexus, pallidioribus apice elevatus, intra basin transversim profunde carinatus. Scutellum triangulare, parum convexum, opacum, pubescens. Elytra thorace paullo latiora, lineari-elongata, tenue marginata, supra nonnihil deplanata, livida, pone scutellum infuscata, pube testacea dense obtecta unde opaca, obsoletissime lineata et subtiliter punctulata. Pectus nigrum, sericeo-micans. Abdomen rufo-testaceum, segmentorum baseos infuscatum. Pedes rufo-testacei, unicolores, pubescentes.

168. Cantharis *rufimana* Ménétriés.

Nigra; ore, femoribus anticis subtus, tibiis basi testaceis; thorace marginato, fulvo, macula media nigra; elytris lividis.

Longit. 4 $\frac{1}{2}$ lin. Lat. 1 $\frac{3}{4}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 161. n. 654.

Statura et summa affinitas præcedentis, sed paullo minor.

Caput latum, obsolete sed crebre punctulatum, nitidum, valde deflexum, rufo-testaceum, macula pallidiori inter antennas, et altera nigra magna in summo vertice, tenuissime pubescens. Antennæ longitudine dimidio corpore, testaceæ, extrorsum nigræ; oculis aterrimis, globosis parum prominulis. Thorax subrotundatus, basi modo parum truncatus; disco rufo-testaceus, nitidus, carina longitudinali tenui impressus, et macula quadrata, nigra, signatus; lateribus et apice valde explanatus, pallido-testaceus; intra basin transversaliter anguste sed profunde carinatus. Scutellum triangulare, impressum, obscurius, opacum. Elytra thorace latiora, lineari-elongata,

livida, pone medium nonnihil angustata, posterius obscuriora; lateribus reflexa, undique crebre rugoso-punctata et obsolete lineata; pube flava tenuissime obtecta. Corpus subtus nigrum; abdominis lateribus anoque rufo-testaceis; pedibus testaceis nigro-maculatis.

169. Cantharis *fœtida* Ménétriés.

Testaceo-pallida, thorace marginato, pedibus antennisque fulvis; pectore fusco; oculis nigris.

Longit. 5 lin. Lat. 1 lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 162. n. 655.

Statura et magnitudine *Cantharidis lividæ* Fabr., paullo tamen minor, præsertim angustior.

Caput latum, quadratum, valde deflexum, testaceum, tenue pubescens; oculis valde prominulis, globosis, aterrimis. Antennæ dimidio corpore paullo longiores, testaceæ; extrorsum nonnihil obscuriores. Thorax quadratus; basi truncatus; apice obtuse rotundatus; lateribus in medio vix dilatatus; supra valde convexus, testaceus, immaculatus; lateribus et postice explanatus; pube flavo-testacea obtectus, opacus. Scutellum triangulare, opacum, pallidum, pubescens. Elytra basi thoracis vix latiora, lineari-elongata; supra nonnihil deplanata, testaceo-pallida, obsoletissime sed confertim punctulata; striis obsoletis quibusdam, et pube pallida sat dense vestita, opaca. Corpus subtus rufo-testaceum, obsoletissime punctulatum; unicolor, tenue pubescens. Pedes elongati, saturatius testacei, parce pubescentes.

170. Cantharis *brevipennis* mihi. Tab. VI. f. 10.

Fusco-nigra; ore, thoracis margine, lineola disci, abdominis margineque flavo-testaceis; elytris brevibus, crebre rugulosis.

Longit. $3\frac{1}{3}$ lin. Lat. $1\frac{1}{3}$ lin.

Magnitudo et præsertim signatura fere *Cantharidis obscuræ* Fabr., tamen latior et elytra duplo fere breviora.

Caput nigrum, sub-nitidum, minute punctulatum, tenuissime pubescens; ore flavo-testaceo. Antennæ fuscæ, dimidium corporis vix attingentes; basi pallidiores. Thorax transversus, niger, nitidus, antice obtuse rotundatus, basi obtusus in medio emarginatus, angulis omnibus rotundatis; margine postice parum incrassatus; supra modice convexus, obsoletissime punctulatus, medio disci tenue canaliculatus; antice et postice anguste, utrinque late flavo-marginatus; lineola rufa, abbreviata in disco ante medium signatus. Scutellum subtriangulare, obtusum, opacum, fusco-nigrum, tenue pubescens. Elytra sublineari-elongata, postice parum attenuata, thorace vix latiora, fusco-nigra, abdomine multo breviora, creberrime ruguloso-punctata, et lineis obsoletis nonnullis, pubescentia. Pectus fusco-nigrum, tenue punctulatum, sub-nitidum. Abdomen fuscum, posterius dilatatum; lateribus et postice pallido-testaceum. Pedes fusci, rufo-maculati, pube grisea obtecti.

171. CANTHARIS *funesta* MIHI.

Tota nigra, opaca; thorace transverso, subovali, lateribus late testaceis, disco lucido; elytris linearibus, valde elongatis; ore, ano, segmentorum marginibus testaceis.

Longit. 4 3/4 lin. Lat. 1 1/2 lin.

Statura *Cantharidis obscuræ* cui valde assimilis, tamen paullo minor, paæsertim angustior; forma thoracis breviori, lateribusque rotundatis præcipue differt.

Caput nigrum, tenuissime coriaceum, opacum, inter oculos profunde impressum, fronte nitida, læviori; ore testaceo; antennis totis nigris, dimidio corpore haud longioribus. Thorax transversus, subovalis, basi in medio leviter emarginatus; lateribus rotundatis; disco nigro, lævissimo, lucido, posterius sat profunde canaliculato; lateribus supra explanatis, testaceis. Scutellum triangulare, nigrum. Elytra basi thoracis parum latiora, lineari-elongata, supra plana, coriacea, nigra, opaca, pube brevissima, grisea parce obtecta. Corpus subtus coriaceum, nigrum, nitidum, segmentorum marginibus anguste, anoque testaceis; pedibus gracilibus, nigris; femorum tibiarumque apicibus subtilissime testaceis.

172. CANTHARIS *pulchra* MIHI. Tab. VI. f. 8.

Longissima, valde angustata; thoracis disco aterrimo, lucido, margine pallido; elytris lividis, his sutura lateribusque nigris; antennis pedibusque testaceis.

Longit. 6 1/2 lin. Lat. 1 1/2 lin.

Præcedente dimidio fere longior, sed haud latior; statura longa et valde angustata admodum distinguitur.

Caput nigrum, vertice planum, tenue coriaceum; ore testaceo. Antennæ dimidio corpore vix longiores, testaceæ, extrorsum obscuriores. Thorax quadratus, longitudine haud latior; disco elevato, aterrimo, lucido; lateribus explanatis, testaceis. Scutellum minutum, subrotundatum, nigrum, basi tenue impressum. Elytra basi thoracis parum latiora, longissima, linearia, livida; pube testacea dense obtecta, tenue rugoso-punctata; ad basin circum scutellum, sutura, margine laterali nigra, vittis lateralibus ad apicem dilutis. Corpus subtus leviter pubescens, nigrum, minutissime punctatum, ano, segmentorum lateribus, marginibusque pallido-testaceis. Pedes elongati, testacei; femoribus quatuor posterioribus ad apicem nigris; tarsis omnibus brunneis.

173. Cantharis *cyanipennis* Ziegler.

Nigra; ore, antennarum art. 1—2, thorace, abdomine, femoribus, tibiisque flavo-testaceis; elytris lineari-elongatis, nigris, cinereo-pubescentibus.

Longit. 4 lin. Lat. 1 $\frac{1}{5}$ lin.

Statura *Cantharidis disparis* Fabr., paullo tantum minor, duplo præsertim angustior.

Caput nigrum, nitidum, minutissime punctulatum; ore testaceo; oculis globosis, sat prominulis, nigris. Antennæ nigræ, dimidio corporis vix longiores, articulis 1—2 baseos testaceis. Thorax orbiculatus, flavo-testaceus, longitudine perparum latior; postice truncatus; intra marginem utrinque excavatus; disco sub-convexus, tenue punctulatus, ante medium trans-

versim depressus, posterius sub-didymus, margine anteriori pallidiori. Scutellum minutum, nonnihil elongatum, nigrum; supra longitudinaliter tenue depressum. Elytra lineari-elongata, thorace dimidio fere latiora, nigra, opaca, obsolete sed crebre ruguloso-punctata, et lineis quibusdam obsoletis longitudinalibus, pube cinerea ubique vestita. Pectus fusco-nigrum, nitidum, pubescens. Abdomen flavo-testaceum. Pedes testaceo-pallidi, pubescentes; tarsis solis fusco-piceis.

174. Cantharis *terminata* mihi. Tab. VI. f. 9.

Supra testacea, densius pubescens; thoracis disco nigro; elytris sublinearibus, lividis, postice sensim dilatatis, margine nigrescentibus.

Longit. 3 lin. Lat. 1 $\frac{1}{6}$ lin.

Statura *Cantharidis lituræ* Gyllenh., paullo tamen major.

Caput breve, aterrimum, parce punctulatum, subnitidum, tenue pubescens; ore flavo; oculis globosis, valde prominulis, nigris. Antennæ longitudine dimidio corporis, fusco-nigræ, articulis baseos pallidioribus. Thorax subquadratus, longitudine paullo latior, flavus, pubescens; antice parum rotundatus, postice truncatus; supra modice convexus, pone medium tenue canaliculatus, versus latera utrinque impressus, et litura nigra medio disci decoratus. Scutellum breviter triangulare, nigro-griseum. Elytra basi thoracis vix latiora, elongata sublinearia, livida, pone medium sensim dilatata, apice singulatim rotundata, nigro-marginata; supra parum convexa, subnitida, crebre rugoso-punctata; pube livida sat dense obtecta. Pectus

nigrum, nitidum, minute sed creberrime punctulatum, tenue pubescens. Abdomen infuscatum, lateribus segmentorumque marginibus anguste, et ano late luteo-testaceis. Pedes rufo-testacei; posteriores nigro-fusci.

175. CANTHARIS *vitticollis* MÉNÉTRIÉS.

Testacea; vertice carinato; thorace litura angusta, nigra; antennis extrorsum, corpore subtus, femoribusque infuscatis; elytris brevibus, lividis.

Longit. 2½ lin. Lat. 1 lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 162. n. 657.

Statura *Cantharidis testaceæ* FABR. affinis paullo tamen minor.

Caput valde deflexum, testaceum, fronte inæquali, vertice carinatum, in summo vertice paullo infuscatum; oculis globosis, prominulis, aterrimis. Antennæ corpore nonnihil breviores, testaceæ, extrorsum infuscatæ. Thorax subquadratus, basi nonnihil emarginatus, lateribus et apice vix rotundatus; supra modice convexus, nitidus, testaceus, lateribus tenuissime reflexus; intra basin anguste carinatus, et plaga longitudinali abbreviata nigra in medio disci. Scutellum fuscum. Elytra basi thoracis latitudine, posterius nonnihil dilatata, lineari-elongata, apice singulatim rotundata; pallido-testacea, obsolete coriacea, tenue pubescentia. Corpus subtùs nigrum, ano segmentorumque lateribus testaceo-rufis. Pedes testacei nonnihil infuscati.

176. Cantharis *pygmæa* Ménétriés.

Fusca; thorace submarginato, flavescenti; elytris striolatis, fuscis; antennarum basi, pedibus, anoque flavo-lividis; tibiis posticis infuscatis.

Longit. 2⅓ lin. Lat. 1 lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 162. n. 656.

Statura *Cantharidis fulvicollis* Gyllenh. sed duplo et triplo fere minor.

Caput latum, transversum, nigrum, vertice convexum, tenue griseo-pubescens; fronte adpressa; ore flavo; oculis nigris, globosis. Antennæ corpore breviores, fuscæ, pubescentes, articulis tribus baseos flavis. Thorax longitudine paullo latior, totus flavus, nitidus, tenue pubescens; basi truncatus, leviter emarginatus, lateribus anguste reflexis; apice tenue rotundatus; disco convexus, pone medium nonnihil carinatus, basi tenue transversim canaliculatus, in fundo canaliculæ infuscato. Scutellum triangulare, nigrum, opacum. Elytra thorace latiora, valde elongata, in medio nonnihil dilatata, apice obtuse rotundata, fere truncata; lateribus subtilissime marginata, supra tota plana, fusca, opaca, confertim striolata, striolis parum elevatis; subcoriacea, pubescentia pallida; humeris productis, saturatius fuscis, sub-nitidis. Corpus subtus piceum, tenue coriaceum, pubescens, ano late, segmentorum marginibus flavo-lividis. Pedes elongati, pubescentes, testacei; posticis parum infuscatis.

177. Cantharis *unicolor* mihi.

Linearis, luteo-livida, nitida, valde angustata; antennis tarsisque obscurioribus; thorace lineari-elongato, antice angustato, glaberrimo, lucido.

Longit. 3$\frac{1}{2}$ lin. Lat. $\frac{4}{5}$ lin.

Statura et magnitudine fere *Cantharidis pilosæ* Payk.

Caput elongatum, rufescenti-testaceum, subtilissime punctulatum; oculis parvis, globosis, sat prominulis, nigris. Antennæ corpore parum breviores, nigro-fuscæ, articulo primo basali testaceo. Thorax valde elongatus, lutescens; anterius parum angustatus, lateribus linearibus; apice rotundatus; postice truncatus, in medio emarginatus; marginibus omnibus tenue reflexis; supra convexus, glaberrimus, nitidus, pone medium leviter canaliculatus, angulis posticis subrectis, Scutellum obtuse triangulare, pallidum, pubescens. Elytra thoracis basi haud latiora, valde elongata, linearia, livida, crebre punctata; pube brevissima rufa parce vestita, margine exteriori nonnihil pallidiora. Corpus subtus totum et pedibus ochraceis; tarsis omnibus solis nigro-fuscis.

178. Malachius *versicolor* mihi. Tab. VII. f. 1.

Æneo-virescens, lineari-elongatus; thorace cupreo-æneo micante, angulis anticis late coccineis, posticis tenue flavo-marginatis; elytris totis flavo-coccineis, pone scutellum paullo æneis.

Longit. 2$\frac{1}{3}$ lin. Lat. 1$\frac{1}{5}$ lin.

Statura et magnitudine *Malachii sanguinolenti* sed interdum

duplo fere minor, forma thoracis plerumque magis rotundata et gibbior præsertim differt.

Caput viridi-cupreum, micans, læve; fronte plana, foveola rotundata inter antennas sat profunde impressa; ore late flavo. Oculi globosi, fusci, sat prominuli. Antennæ dimidio corpore parum longiores, articulo primo viridi-æneo, nitido; subsequentibus rufis, pube testacea dense obtectis unde opacis. Thorax rotundatus, longitudine vix latior, viridi-æneus, cupreo-micans, lævis; angulis anticis late coccineis, angulis posticis anguste flavo-marginatis; supra convexus, nitidus, pone medium utrinque impressus. Scutellum parvum, transversum, obscure æneum, glabrum. Elytra thorace haud latiora, posterius nonnihil dilatata, convexa, flavo-coccinea, macula triangularis viridi-ænea parva juxta scutellum decorata, et pube grisea sparsim dispersa. Pedes graciles, viridi-ænei, griseo-pubescentes; tarsis præsertim anticis rufo-testaceis. Corpus subtus viridi-æneum, parum griseo-pubescens; marginibus segmentorum tenue coccineis.

179. Malachius *Faldermannii* Dej. Tab. VII. f. 2.

Chalybœus, hirtus, nitidus; elytris tricoloribus, capite valde adpresso; thoracis angulis anticis paullo, elytris extrorsum totis sanguineis, his apice coccineis.

Longit. $2\frac{3}{4}$ lin. Lat. $1\frac{1}{3}$ lin.

Magnitudine et statura quodammodo *Malachii æneî* Fabr. paullo tamen major, præsertim latior posteriusque plerumque magis dilatata.

Caput latum, deflexum, admodum adpressum, læve, chalybæum, nitidum, pilis obscuris sparsim obsitum, vertice carinatum; ore flavum. Antennæ corpore breviores, articulo primo chalybæo, nitido, secundo et tertio flavis, sequentibus obscuro-griseis; in mari articulo tertio valde producto. Oculi globosi, nigri. Thorax transversim ovatus, chalybæus, nitidus, undique rotundatus; postice anguste marginatus; supra convexus, tenue scabrosis, pone medium latera versus profunde impressus, pilis longis nigro-griseis ubique obsitus, et angulis anticis sanguineis. Scutellum subrotundatum, parum elevatum, obscure-chalybæum, nitidum. Elytra basi thoracis paullo latiora, dein apicem versus sensim dilatata, anguste marginata, chalybæa, pilosa; supra parum convexa, obsolete lineata, scabrosa, limbo exteriori toto late sanguineo, apice læte coccineo. Corpus subtus chalybæum, nitidum, tenue cano pubescens segmentorum marginibus anguste sanguineis. Pedes tenues, chalybæo-ænei, pubescentes; tibiis anterioribus testaceis.

180. Malachius *vittatus* Ménétriés.

Cupreo-æneus; thorace macula exteriore, elytris utrinque vitta, ad apicem dilatata, rubris; antennarum articulis basalibus, extus tibiisque quatuor anterioribus flavo-lividis.

Longit. 2½ lin. Lat. 1 lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 163. n. 659.

Statura et magnitudine fera *Malachii ænei* Fabr. tamen paullo minor, sed plerumque magis angustatus.

Caput latum, transversum, viridi-æneum; fronte inter oculos

transversim profunde carinata; ore luteo; oculis globosis, valde prominulis, nigris. Antennæ longitudine dimidii corporis, viridi-æneæ; subtus flavo-lividæ. Thorax suborbiculatus, basi parum truncatus; anterius leviter dilatatus; supra modice convexus, nonnihil inæqualis, viridi-æneus, nitidus; disco læviori; pube grisea tenue ubique obtectus; angulis anticis rubro-maculatis. Scutellum nigrum, opacum, postice rotundatum. Elytra basi thoracis latiora, lineari-elongata, viridi-cuprea, subnitida, apice rotundata; supra valde convexa, obsolete striata, coriacea, vitta lata rubra apice dilatata in singulo utrinque. Corpus subtus obscure æneo-viride, obsolete punctulatum; pedibus elongatis, tenuibus, viridi-æneis, subpubescentibus, tibiis quatuor anterioribus flavo-lividis.

181. MALACHIUS *ornatus* MIHI.

Æneo virescens, dense hirtus; thorace rotundato, cœruleo-virescenti, antice anguste utrinque elytrorum lateribus apiceque late rufo-limbatis.

Longit. 3 lin. Lat. 1 $\frac{1}{4}$ lin.

Statura *Malachii ænei* FABR. elytris tantum angustioribus, antennisque aliter constructis distinctus.

Caput transversum, breve, viridi-æneum, nitidum, inter oculos transversim impressum; ore pallido. Antennæ nigræ, in maris pallidiores, uno latere sub serratæ. Oculi valde prominuli, globosi, fusco-nigri. Thorax rotundatus, capitis latitudine, transversim ovatis; lateribus pone medium et postice reflexus; apice rotundatus immarginatus; supra modice con-

vexus, sub-nitidus, pilosus, viridi-æneus, macula rufa ante medium utrinque signatus. Scutellum parvum, sub-rotundatum, nigro-æneum. Elytra thorace paullo latiora, posterius nonnihil dilatata, apice rotundata, supra convexa, viridi-ænea, subcoriacea, nitida, lateribus et apice late rufo-marginata, pilis brevibus griseis parce vestita. Corpus subtus viridi-æneum, nitidum, leviter punctatum, hirtum. Pedes elongati, viridi-ænei; tarsis parum dilutioribus.

182. MALACHIUS *armeniacus* MIHI.

Griseo-pubescens, viridi-cœruleus, æneo-micans, elytris linearibus, hirtis, apice rubris; antennarum basi tarsisque pallidis.

Longit. $2\frac{1}{3}$ lin. Lat. $\frac{4}{5}$ lin.

Statura *Malachii geniculati* DEJ. paullo tamen major, præcipue latior.

Caput latum, planum, chalybæo-viride, nitidum, inter oculos transversim impressum. Oculi valde prominuli, globosi, luridi; ore pallido. Antennæ longitudine. Corporis vix æquantes, æneo-fuscæ, subtus pallidæ. Thorax rotundatus, longitudine paullo latior, chalybæo-æneus; lateribus et postice marginatus; supra convexus, nitidus, lævis; pube cana parce obtectus; intra marginem posticum transversim tenue carinatus. Scutellum parvum, subrotundatum, viridi-æneum. Elytra thorace vix latiora, lineari-elongata, convexa, viridi-cœruleo-ænea, sub nitida, apice solo macula rotundata rubra, obsolete sed dense scabrosa, pube cana dense obtecta et pilis griseis numerosis immixtis. Corpus subtus cœruleo-æneum, nitidum, leviter

griseo-pubescens; margines segmentorum tenuissime coccinei, vesiculis coccineis. Pedes graciles, viridi-æenei, cano-pubescentes et femorum tibiarumque apice et tarsis anticis pallidis.

183. MALACHIUS *angustatus* MÉNÉTRIÉS.

Elongatus, griseo-pubescens; elytris basi angustioribus, chalybæo-virescentibus, opacis, apice aurantiacis; ano maris segmentorumque marginibus flavis.

Longit. 2 ½ lin. Lat. 1 ⅓ lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 163. n. 661.

Statura omnino et magnitudine *Malachii armeniaci* MIHI, sed angustior, elytrorum forma posterius magis dilatata præsertim differt.

Caput deflexum, viridi-æneum, subnitidum; fronte excavata; vertice tenue carinatum; ore rufo; oculis globosis, valde prominulis. Antennæ corpore dimidio vix attingentes, concolores, obscure viridi-æneæ. Thorax subquadratus, latus, apice nonnihil rotundatus; basi truncatus; angulis omnibus obtuse rotundatis; posterius angustatus; lateribus tenue marginatis; angulis posticis elevatis; supra modice convexus, chalybæo-viridis, nonnihil cupreo-micans, vix nitidus; carinula longitudinali in medio disci paullo ante medium, et juxta basin altera. Scutellum breve, subtransversum, obscurum. Elytra basi thoracis paullo latiora, posterius sensim sensimque dilatata; lateribus deflexis, tenue marginatis; apice singulatim rotundata; supra convexa, viridi-chalybæa, tota opaca, obsolete scabra, apice impressa, macula rubra rotundata decorata; humeris

productis, parum lævioribus; striis obsoletis nonnullis; pube brevissima grisea tenue obtecta. Corpus subtus paullo nitidius; pectore chalybæo-viridi; abdomine viridi-cupreo; ano in mare segmentorum marginibus et vesiculis lateralibus rubris. Pedes elongati, graciles; totis viridi-ænei, unicolores.

184. Malachius *terminatus* Ménétriés.

Elongatus, nigro-viridis; antennis thorace pedibusque, rufo-pallidis; elytris postice dilatatis, apice late lutescentibus, summo margine apicali coccineis.

Longit. 1 $\frac{3}{4}$ lin. Lat. $\frac{2}{3}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 164. n. 664.

Statura *Malachii ruficollis* Oliv. duplo tamen major, et posterius magis dilatatus.

Caput nigrum, subvirescens, opacum, latitudine thoracis; fronte profunde exarata; ore rufo; antennæ thorace multo longiores, totæ testaceæ, subnitidæ. Thorax subquadratus, anterius nonnihil dilatatus; apice obtuse rotundatus; basi truncatus, tenue emarginatus, margine reflexus; supra modice convexus, totus pallido-rufus; fascia obsoleta fusca paullo ante medium, et altera intra basin transversa, abbreviata. Scutellum subquadratum, nonnihil elevatum, nigrum. Elytra thoracis basis latitudine, dein apicem versus sensim sensim dilatata, apice ipso obtuse rotundata; lateribus tenue reflexis; supra nonnihil convexa, obscure-viridi-nigra, opaca, pube grisea tenuissime vestita, præterea impressionibus quibusdam elongatis, abbreviatis, et sub oculo acute armato confertissime æqualiter

punctulata; paullo pone medium tota pallida, summo margine apicali coccinea. Pectus viridi-nigrum, subnitidum; abdomen pallidum, fusco-maculatum; pedibus elongatis, gracilibus, rufo-pallidis.

185. Dasytes *pallipes* Illiger.

Unicolor, oblongus, olivaceo-æneus, dense pubescens, opacus; elytris oblongo-ovatis, obsolete striatis; corpore subtus densius cano-pubescente; pedibus fulvis.

Longit. $2\frac{1}{2}$ lin. Lat. 1 lin.

Statura *Dasytis plumbei* Oliv. sed triplo fere major.

Caput obscure æneum, deflexum, pube dense obtectum, opacum; fronte impressa; oculis aterrimis, globosis, prominulis. Antennæ fuscæ, thoracis dimidio vix longiores, crassiusculæ, extrorsum obscuriores. Thorax latitudine parum longior, subcylindricus, antice et postice leviter emarginatus, ubique angustissime marginatus; supra obsolete tamen confertissime punctulatus, opacus, pube dense tectus. Scutellum cinereum, postice obtuse rotundatum. Elytra thorace latiora, elongata, in medio dilatata, postice angustata, acute marginata; supra cylindrica, olivaceo-ænea, opaca, confertissime punctulata, striis obsoletis, et pube grisea dense vestita. Corpus subtus nigrum, opacum productum, pube grisea densius obtectum. Pedes fulvo-testacei, tenue pubescentes.

186. DASYTES *chalybœus* MÉNÉTRIÉS.

Elongato-ovatus, hirtus, rugoso-punctatus, cœruleus; antennis pedibusque nigris, parum cœrulescentibus.

Longit. 2 lin. Lat. 1 lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 164. n. 666.

Statura *Dasytis bipustulati* FABR. affinis paullo tamen minor. Caput subrotundatum, deflexum, chalybæo-cœruleum, nitidum, punctis majoribus irregulariter impressum; fronte longitudinaliter inter oculos tenue bicarinata; pilis nigris, rigidis sparsim obsitum; ore æreo, nitido, punctulato; oculis magnis, opacis, piceo-nigris, sat prominulis, globosis. Antennæ longitudine thoracis, nigræ, extrorsum crassiores, opacæ, setulis brevibus sparsim obsitæ. Thorax brevis, longitudine dimidio latior; basi truncatus; lateribus rotundatis; apice obtuse rotundatus, tenue emarginatus; supra convexus, æreo-cœruleus, irregulariter grosse punctatus; disco læviori, nitido; intra latera exaratus; pilis longis, rigidis, nigris, obsitus. Scutellum triangulare, posterius parum angustatum. Elytra thorace paullo latiora, sublineari-elongata; apice rotundata, lateribus valde deflexa; supra convexa, subcylindrica, chalybæo-cœrulea, punctis majoribus dense impressa; humeris productis; pone scutellum gibba; carinula juxta basin abbreviata utrinque; pilis longis, rigidis, nigris obtecta. Corpus subtus obscurius, obsolete punctulatum, subnitidum, pube grisea sat dense vestitum. Pedes mediocres, pubescentes, nitidi, nigri nonnihil cœrulescentes; tibiis, tarsisque piceo nigris.

187. Dasytes *incognitus* mihi.

Totus olivaceo-æneus, oblongo-ovatus, nitidus, pilosus; fronte valde inæquali; elytris posterius parum dilatatis, coriaceis, obsoletissime striatis.

Longit. 2 lin. Lat. $\frac{3}{4}$ lin.

Statura *Dasyti subæneo* Schönh. haud absimilis tamen paullo major, præsertim latior.

Caput rotundatum, nonnihil deflexum, anterius parum angustatum, æneum, nitidum, rude punctatum; pilis piceis obsitum; fronte valde inæquali, nitidiori, bi-carinata; oculi nigri, sat prominuli. Antennæ thorace vix longiores, crassiusculæ, æneo-nitidæ, tenue griseo-pubescentes. Thorax valde convexus, lateribus cum postice rotundatis; apice truncatus; ubique marginatus; supra obscure æneus, nitidus, disco minus, latera versus crebrius et profundius exarato-punctatus; pilis longis sat dense vestitus. Scutellum subtriangulare, postice fere truncatum. Elytra thorace dimidio latiora, sublineari-elongata, pone medium nonnihil dilatata, apice rotundata; lateribus parum explanata, tenue reflexa; humeris gibbis; ubique coriaceis et lineis obsoletissimis nonnullis. Corpus subtus cum pedibus unicoloribus, paullo nitidioribus, pube grisea parce obtectis; tarsis piceis.

188. Dasytes *hirsutulus* mihi.

Oblongus, sublinearis, niger, supra obscure æneus, nitidus, vage punctatus, parce pilosus, posterius vix dilatatus; antennarum articulis baseos quatuor, pedibusque testaceo-rufis.

Longit. 1 $\frac{4}{5}$ lin. Lat. $\frac{4}{5}$ lin.

Præcedente paullo minor, et statura nonnihil latior.

Caput retractum, deflexum, nigrum, subæneum, nitidum, vix punctulatum. Antennæ thorace vix longiores, testaceo-rufæ; extrorsum subserratæ, nigræ. Thorax transversus, obscure-æneus, nitidus, rude sed vage punctatus, pilis nonnullis obsitus; supra convexus, lateribus valde deflexus. Scutellum minutissimum, valde depressum. Elytra thoracis latitudine, lineari-elongata, cylindrica, posterius parum latiora, apice rotundata; obscure-ænea, nitida, punctis majoribus vage sed sat profunde impressa, breviter parce pilosa. Corpus subtus nigrum, subæneum, obsoletissime punctulatum, nitidum. Pedes rufo-testaceæ; femoribus fuscis.

189. Dasytes *cinereus* mihi.

Unicolor, filiformi-elongatus, olivaceo-cinerascens, opacus, tenue pubescens; antennis nitide-æneis, elytris obsoletissime sed crebre punctulatis; pedibus nigris.

Longit. 2 $\frac{1}{3}$ lin. Lat. $\frac{1}{3}$ lin.

Statura omnino *Dasytis linearis* Fabr. sed paullo longior, plerumque magis cylindricus et duplo fere latior.

Caput porrectum, subrotundatum, nonnihil convexum, læve, olivaceo-æneum, cinereo-pubescens; fronte parum impressa; oculis prominulis, subglobosis, nigris. Antennæ thorace paullo longiores, nigro-ænei, nitidi; extrorsum paullo crassiores; articulo ultimo fusco. Thorax valde elongatus, cylindricus, ante medium dilatatis, apice truncatus; postice tenue reflexus, vix emarginatus; lateribus angustissime marginatis; paullo pone medium constrictus; supra confertissime punctulatus, viridi-æneus, pube olivacea obtectus. Scutellum postice rotundatum, supra impressum, concolor. Elytra basi thoracis parum latiora, linearia, valde elongata, subcylindrica; apice nonnihil angustata, singulatim rotundata, vix acuminata, olivaceo-ænea, confertissime punctulata, et pube grisea tecta. Corpus subtus cylindricus, olivaceo-viride, nitidum, minutissime punctulatum, tenue pubescens. Pedes olivaceo-ænei, sub-nitidi, nonnihil pubescentes.

T E R E D I L I.

190. Trichodes *Zebra* mihi. Tab. VII. f. 3.

Magnus, undique ferrugineo-villosus; capite thoraceque æreis; elytris elongatis, linearibus, rude punctulatis, sulphureis; fasciis tribus integris, latis, aterrimis.

Longit. 6—8 ½ lin. Lat. 1 ⅔—2 ½ lin.

Magnitudo et statura *Trichodis Gulonis* Parreyss sed magnitudine duplo minore etiam variat.

Caput magnum, deflexum, viridi-æreum, nitidum, rude punctatum; vertice æqualiter convexum, undique sat dense ferrugineo-villosum; fronte transversim depressa. Oculi magni, transversi, prominuli, luridi. Antennæ capite parum longiores, ferrugineæ; pilis et setulis rufis obsitæ; articulis tribus exterioribus fusco-atris, sericeo-micantibus. Thorax viridi-æneus potius æreus, nitidus; anterius valde dilatatus; supra convexus, subcanaliculatus, paullo ante medium transversim depressus; punctis grossis undique confertim impressus; pone medium densius ferrugineo-villosus. Scutellum olivaceo-æneum, postice rotundatum, supra depressum, nonnihil punctulatum. Elytra linearia, elongata, subcylindrica, rude confertissime punctata, sulphurea, subnitida; posterius nonnihil angustata, ferrugineo-villosa; fasciis tribus integris aterrimis, prima ante medium angusta margine laterali haud connexa, secunda paullo pone medium illa duplo latiore margine connexa, et tertia in ipso

apice. Corpus subtus nigrum, parum æenescens, nitidum, punctulatum; abdomen minus et pectus densius testaceo-pilosa; lateribus segmentorum flavis. Pedes validi, elongati, confertissime rugoso-punctati, sat dense rufo-villosi; femoribus incrassatis, violaceis; tibiis tarsisque totis læte ferrugineis.

191. Trichodes *corallinus* Ménétriés.

Cœruleo-violaceus; thorace nigro-hirsuto; elytris coccineis, fasciis duabus integris, denticulatis, apiceque violaceis; pedibus cyaneis; tarsis fuscis.

Longit. 7 lin. Lat. $2\frac{1}{2}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 166. n. 678.

Statura et magnitudine et quodammodo pictura *Trichodi crassipedario* Besser, valde assimilis; fasciis elytrorum modo plerumque magis undulatis, fascia antica scutellum versus effluente, et thoracis angulis posticis minus elevatis diversus.

Caput parum angustatum, nonnihil deflexum, violaceum, crebre punctatum; fronte inæquali; apice truncatum, nitidum; pilis flavis ubique obsitum; oculis magnis, valde prominulis, luridis. Antennæ dimidio thoracis haud longiores, fulvæ; articulo basali supra parum infuscato, et tribus exterioribus valde incrassatis, nigris, sericeo-micantibus. Thorax elongatus, subcylindricus, anterius valde dilatatus, intra basin longe constrictus; supra convexus, violaceus, nitidus, nonnihil virescens, rude punctatus, nigro-hirsutus; linea dorsali longitudinali, ante medium angustiore subelevata, basin versus depressa, dilatata, lævi, nitidissima. Scutellum violaceum, postice rotundatum.

Elytra lineari-elongata, coccinea, subnitida; humeris gibbis; dorso subdepressa, ubique confertim et rude punctata et lineis quibusdam obsolete-elevatis; præterea facsia ante medium angusta, integra, profunde undulata, scutellum versus effluens et margine laterali haud conjuncta; altera paullo pone medium latior, profundius sinuata, margine laterali connexa et apice ipso violacea; pube flava vestita. Corpus subtus violaceum, subnitidum, pectore crebrius, abdomine minus punctulatum, flavo-pilosum; segmentorum marginibus anoque rufis. Pedes crassiusculi, cyanei, tenue punctulati, fulvo-hirsuti tarsis fulvis.

192. TRICHODES *Sipylus* FABR. Tab. VII. f. 4.

Viridi-æneus, subnitidus, dense cano-hirtus; antennis testaceis; elytris lineari-elongatis, fasciis duabus flavis ad suturam interruptis; tarsis rufis.

Longit. 4 $\frac{2}{3}$ lin. Lat. 1 $\frac{1}{2}$ lin.

Statura *Trichodis insignis* STEV. sed duplo minor.

Caput deflexum, confertissime punctatum, viridi-æneum, subnitidum; fronte inæquali; pilis pallidis longis sat dense obsitum. Oculi prominuli, picei. Antennæ basi thoracis fere æquantes, totæ testaceæ, tenue pubescentes. Thorax elongatus, subcylindricus, viridi-æneus, anterius nonnihil dilatatus, crebre et rude punctatus; ante apicem transversim depressus; supra convexus, tenue canaliculatus, ubique dense villosus. Scutellum parvum subrotundatum, crebre punctulatum, æneum; supra impressum. Elytra lineari-elongata, subcylindrica, nonnihil nitida, profunde confertissime ruguloso-punctata, obsolete

lineata, fasciis duabus flavis ad suturam interruptis, fascia media transversa juxta marginem laterali anguste ad basin ecurrente; fascia altera apicali, obliqua cum margine laterali haud connexa. Corpus subtus cum pedibus crebre punctulatum, viridi-æneum; pilis pallidis dense vestitis; tarsis rufis.

Var. Densius pilosa fasciis paullo latioribus, et saturatius luteis; elytris crebrius et profundius punctatis.

193. Corynetes *angustatus* mihi.

Violaceo-virescens, nitidus, pubescens; antennis nigris; elytris oblongo-ovatis, profunde punctato-striatis; pedibus nigro-virescentibus.

Longit. $2\frac{1}{3}$ lin. Lat. 1 lin.

Statura *Corynetis violacei* Fabr. tamen plerumque magis angustior.

Caput porrectum, subrotundatum, minutissime punctulatum, nitidum; fronte inæquali; oculi sat prominuli, globosi, nigri. Antennæ clavatæ, thorace vix longiores, fusco-ænei. Thorax subquadratus, creberrime punctulatus, ubique anguste marginatus; lateribus parum rotundatis; supra convexus, lævis, subnitidus, nonnihil pubescens. Scutellum rotundatum, subtiliter punctulatum, obscure viridi-æneum. Elytra basi thoracis parum latiora, elongato-ovata; supra convexa, in medio disci transversim leviter depressa, punctato-striata; interstitiis minute punctulatis. Corpus subtus densius pubescens, tenue punctulatum, saturatius violaceum. Pedes nigro-virescentes.

194. Ptilinus *grandicollis* Ménétriés.

Elongatus, subcylindricus, obscure-brunneus; antennis serratis, pedibusque pallidioribus; thorace magno, subquadrato, medio carinato; elytris tenue striatis.

Longit. $2\frac{1}{3}$ lin. Lat. $\frac{3}{4}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 165. n. 672.

Statura et magnitudine *Ptilino costato* Gyll. propinquat vix tamen minor.

Caput magnum, latum, retractum, subquadratum, coriaceum, ferrugineum; apice nigro-marginatum, subnitidum; oculis parvis, globosis, nigris. Antennæ thorace paullo longiores, testaceæ, crassiusculæ, subserratæ. Thorax magnus, quadratus, brunneus, subcylindricus; anterius nonnihil dilatatus, lateribus anguste reflexus; apice rotundatus, parum productus, utrinque tenue sinuatus; supra minute sed confertissime granulatus; linea nitida, angustissima in disco longitudinali. Scutellum subquadratum, piceum. Elytra lineari-elongata, obscure-brunnea, thorace angustiora, cylindrica, lateribus in medio vix sinuata, apice rotundata; supra obsolete striata, basi scabrosa, posterius obsolete punctulata; pube grisea, tenuissima parce obtecta; humeris gibbis. Corpus subtus subcylindricum, brunneum, obsolete punctulatum, tenuissime pubescens. Pedes crassiusculi, breves, ferruginei, vix pubescentes.

195. PTILINUS *aspericollis* MÉNÉTRIÉS.

Lineari-elongatus, cylindricus, rufo-ferrugineus; thorace magno, aspero, pulvinato, basi carina lævissima; elytris concinne punctato-striatis.

Longit. 2 lin. Lat. $\frac{2}{3}$ lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 166. n. 673.

Statura præcedentis, paullo tamen minor, præsertim angustior, et plerumque magis cylindricus.

Caput orbiculatum, convexum, valde deflexum, ferrugineum, obsoletissime punctulatum; oculis minutis, prominulis, globosis, aterrimis. Antennæ serratæ, testaceæ, thorace haud longiores. Thorax gibbus, longitudine nonnihil latior; latere et postice fere semicirculariter rotundatus, ante scutellum parum truncatus; apice productus, capite fere occultans; supra scaber, glauco-pulvinatus; posterius lævior, subnitidus, ferrugineus, nigro-irroratus. Scutellum rotundatum, opacum, ferrugineum. Elytra lineari-elongato cylindrica, pallidiora, nonnihil nitida; humeris vix productis; lateribus in medio leviter sinuata; concinne punctato-striata, tenuissime pubescentia. Corpus subtus castaneum; pectus obscurius tenue flavo-pubescens. Pedes pallidiores, breviusculi, opaci, femoribus modo subnitidis.

196. Anobium *variegatum* Ménétriés.

Subcylindricum, cupreo-æneum, griseo-squammosum, fusco-variegatum; capite bi-maculato; thorace gibbo; elytris ovatis, rude punctato-striatis.

Longit. 1 $\frac{3}{4}$ lin. Lat. 1 lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 166. n. 674.

Magnitudine *Anobii striati* Fabr. sed duplo fere latior, plerumque magis gibbum et ovatum.

Caput retractum, valde deflexum, punctatum, dense griseo-squammosum; intra apicem subæneo-micans; fronte plana, maculis duabus exacte rotundatis, fuscis, inter oculos utrinque. Antennæ thorace vix breviores, fusco-brunneæ, opacæ, extrorsum crassiores. Thorax subcylindricus, vel gibbus, anterius latior; basi leviter tri-sinuatus, tenuissime reflexus; lateribus crenato-marginatus, pone medium parum sinuatus; apice truncatus; squamulis griseis dense obtectus, fusco-variegatus; disco læviori, subnitido, minute sed confertim profundeque punctulato, dilute cupreo-micanti. Scutellum minutum, rotundatum. Elytra ovata, opaca, thoracis basi paullo latiora, apice acuminata, basi valde retusa; callo humerali forte producto; supra valde convexa, vel gibba, rude punctato-striata, interstitiis vage punctulatis; cupreo-ænea, squamulis griseis densissime obtecta, præsertim latera fusco-variegata; disco obsoletiori, subnitido. Corpus subtus coriaceum, obscure æneum, sub-nitidum, parcius squamosum. Pedes crassiusculi, brunnei, minute griseo-tessulati; femoribus subæneo-micantibus.

197. Ptinus *hololeucus* mihi. Tab. VII. f. 6.

Maximus, pallido-testaceus, dense tomentosus, hirtus, immaculatus; thorace parvo, orbiculato; elytris globoso-ovatis, fornicatis, tenue striatis.

Longit. 1 $\frac{4}{5}$ lin. Lat. 1 $\frac{1}{5}$ lin.

Statura *Ptini crenati* Fabr. sed quintuplo major; insectum quidem mirabile visu.

Caput valde deflexum, pube flava condensata tectum, inter oculos carinatum. Oculi magni, subglobosi, prominuli, brunnei. Antennæ rufo-testaceæ. Thorax minutus, orbiculatus, pallido-testaceus; anterius nonnihil dilatatus; intra marginem posticum valde constrictus, dense tomentosus, et pilis quibusdam flavis immixtis. Scutellum minutissimum, rotundatum. Elytra magna, thorace quadruplo latiora, globoso-ovata, admodum convexa, tenuissime punctato-striata, interstitiis vix elevatis, densissime flavo-tomentosa, pilis numerosis rigidis obsita. Corpus subtus nonnihil incrassatum totum polline flavo vestitum. Pedes ferrugineo-testacei, sat dense pubescentes; femoribus elevatis.

198. Ptinus *quadri-signatus* Ménétriés.

Obscure-brunneus; thorace pubescente, tuberculo profunde canaliculato; elytris elevato-striatis, interstitiis subgemellato-punctatis, maculis quatuor, capite, scutelloque albis.

Longit. 2 $\frac{1}{3}$ lin. Lat. 1 $\frac{1}{5}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 165. n. 670.

Statura omnino *Ptini rufipedis* Fabr. tamen duplo major.

Caput rotundatum, deflexum; vertice deplanatum, pube alba prostrata dense obtectum, foveola cruciformi juxta basin signatum; oculis aterrimis, globosis, prominulis. Antennæ ferrugineæ, dimidio corporis parum longiores; pube grisea dense obtectæ. Thorax elongatus, anterius gibbus, pone medium valde constrictus, fuscus; disco profunde canaliculatus, et tuberculo minuto pone medium utrinque; ubique dense griseo-pubescens, et macula alba sat detrita in medio disci. Scutellum subrotundatum, pube alba depressa dense obtectum. Elytra elongata, linearia, cylindrica, basi thoracis triplo fere latiora; apice obtuse rotundata; fusco brunnea, profunde striata, fundo striarum subgemellato-punctato, et lineis elevatis setulis ferrugineis obsitis; præterea maculis quatuor magnis decorata, quarum una paullo pone humerum subrotundata, et altera pone medium subfasciata utrinque. Corpus subtus valde incrassatum; pube cinerea densissime obtectum. Pedes elongati, graciles, ferruginei, sat dense pubescentes.

199. PTINUS *sex-signatus* MIHI. Tab. VII. f. 5.

Fuscus, lineari-elongatus; thorace gibbo, pone medium valde constricto; elytris piceis, punctato-striatis, basi brunneis, maculis sex albis signatis.

Longit. 2 $\frac{1}{4}$ lin. Lat. 1 lin.

Statura præcedenti proximus, tamen paullo minor, forma thoracis et elytrorum pictura præcipue differt.

Caput fusco-nigrum, pube testacea dense obtectum, linea abbreviata nigra inter antennas, et fascia albo transversa summo

vertice; oculis globosis, prominulis, aterrimis. Antennæ crassæ, dimidio corporis vix longiores, fuscæ, dense testaceo-pubescentes. Thorax parum elongatus, cylindricus, anterius incrassatus, supra gibbus, pone medium valde constrictus, undique rude punctatus, fuscus, setulis prostratis, testaceis sparsim obsitus; canalicula angusta, sed profunda juxta marginem posticum transversa. Scutellum rotundatum, subelevatum, pube albida dense obtectum. Elytra lineari elongata, æqualiter cylindrica; apice truncata; punctato-striata; interstitiis planis, subtilissime vage punctatis; pube rufa parce obsita; picea, subnitida; basi transversim brunnea, maculis sex albis signata: quarum duæ paullo pone humeros, et quatuor pone medium semicirculariter impositæ. Corpus subtus incrassatum, cum pedibus fuscum, densissime testaceo-pubescens.

CLAVICORNES.

200. Necrophorus *nigricornis* Dej.

Niger; antennis totis nigris, elytris abbreviatis, subquadratis, obsoletissime punctulatis, fasciis duabus undulatis rufis margine exteriori confluentibus.

Longit. 7 lin. Lat. $3\frac{1}{5}$ lin.

Statura et magnitudine *Necrophori Vespillonis* Fabr.

Caput rotundatum, nigrum, punctatum; vertice et pone oculos strigosum; fronte linea tenue impressa, semicirculari circumscripta. Oculi lunati, luridi. Antennæ capite parum longiores totæ nigræ, nitidæ, clava opaca parum grisescente. Thorax subquadratus, totus niger, subnitidus; angulis omnibus obtusis; margine elevatus; supra modice convexus, in medio disci minus latera versus crebrius punctatus; linea longitudinali angustissima, et impressione transversali flexuoso ante medium exaratus; supra angulum anticum pilis flavis longis collocatis utrinque. Scutellum magnum, triangulare, nigrum, confertim punctatum, nitidum. Elytra abbreviata, oblongo-quadrata, ad basin impressa, obsoletissime punctulata, lineis tribus obsoletis, et fasciis duabus undulatis, rufis, ad suturam vix interruptis ad marginem lateralem confluentibus, angustiusque humeros versus decurrentibus, humeris valde porrectis. Corpus subtus cum pedibus nigro-nitidum, crebre punctulatum; pectus et margines segmentorum pilis flavis, prostratis dense obsitis; tarsis piceis, anticis dilutioribus.

201. Silpha *costata* Ménétriés.

Atro-opaca; thorace latiore scutelloque subtilissime coriaceis; elytris planiusculis, punctatis, tricostatis, inter costam secundam et tertiam puncto parvo elevato utrinque.

Longit. 7 lin. Lat. $4\frac{1}{2}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 167. n. 686.

Statura *Silphæ tristis* Illiger. sed duplo fere major; forma thoracis et striis elytrorum plerumque magis obsoletis maxime differt.

Caput parvum, elongatum, nigrum, opacum, coriaceum; pone oculos abrupte transversim depressum, linea obsoleta, frontali, longitudinali; labrum late sed minus profunde emarginatum, setulis rufis obsitum; oculis prominulis, glaucis. Antennæ dimidio thoracis paullo longiores, crassiusculæ, nigræ, extrorsum pubescentes, articulis tribus ultimis fusco-griseis. Thorax transversus, longitudine dimidio fere latior; lateribus et antice æqualiter marginatus; basi tenue tri-sinuatus; apice late sed haud profunde emarginatus; supra modice convexus, coriaceus, opacus, lateribus vix explanatus; linea dorsali longitudinali obsolete abbreviata, subnitida. Scutellum magnum, triangulare, opacum, rude punctatum, linea elevata, longitudinali, abbreviata. Elytra basi thoracis latitudine, dein medium versus nonnihil ampliata, apice obtuse rotundata, supra in disco deplanata; lineis tribus obsoletis posterius abbreviatis, undique crebre et sat profunde punctata; tuberculum obsoletum paullo pone medium in linea exteriori utrinque observatur. Corpus subtus coriaceum, subnitidum. Pedes validi, elongati, obsolete punctati, nitidi.

202. SILPHA *Striola* MÉNÉTRIÉS.

Aterrima, subtilissime punctata; thorace convexiore, postice tri-sinuato; elytris striis duabus obliteratis utrinque, costa exteriori posterius oblique abbreviata.

Longit. 6 lin. Lat. $3\frac{1}{2}$ lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 168. n. 687.

Statura fere *Silphæ nigritæ* CREUTZER, sed angustior, plerumque magis convexa, et striis elytrorum totis fere obsoletis bene differt.

Caput crassum, elongato-rotundatum, nigrum, minute sed confertim punctulatum; inter oculos obsolete carinatum. Oculi globosi, prominuli, picei. Antennæ dimidio thoracis paullo longiores, nigræ, extrorsum fusco-griseæ, nonnihil pubescentes; labro rufo-ciliato. Thorax transversus, anterius paullo angustior, basi subtiliter tri-sinuatus; lateribus rotundatis, reflexis, marginatis; apice truncatus; supra valde convexus, niger, subnitidus, creberrime punctatus. Scutellum triangulare, planum, obsolete punctatum. Elytra thorace parum angustiora, ovata, apice obtuse rotundata, fere truncata, lateribus declivibus, valde reflexis; dorso deplanata, ubique obsolete coriacea, lineis tribus totis fere obsoletis, laterali paullo elevatori. Corpus subtus coriaceum, nigrum, tenue pubescens; margines segmentorum piceo-ciliatæ. Pedes picei, validi, nitidi.

203. Silpha *nitida* mihi.

Oblongo-ovata, sublinearis, tota nigra, nitida; elytris crebre rugoso-punctatis, utrinque profunde carinatis, lineis tribus parum elevatis et sutura lucidis; ano tarsisque piceis.

Longit. $5\frac{2}{3}$ lin. Lat. $3\frac{1}{3}$ lin.

Statura et magnitudine *Silphæ atratæ* Fabr. cui valde affinis, sed thorace antice subtruncato, tenue emarginato, et forma elytrorum posterius magis rotundata et ampliata maxime differt.

Caput elongatum, angustum, confertissime punctatum, nigrum, nitidum; fronte convexa, inæquali; ore fusco-ciliato; oculis sat prominulis, globosis, aterrimis, lucidis. Antennæ thorace longiores, tenues, nigræ, subtiliter setaceæ; articulis tribus ultimis fusco-griseis, opacis. Thorax transversus, longitudine dimidio fere latior; anterius paullo angustatus; basi truncatus, subsinuatus; apice truncatus, leviter emarginatus; margine laterali et apicali incrassatus, lucidus; supra inæqualis nitidus, confertissime punctatus; disco ante medium parum convexus, subcarinatus, utrinque explanatus. Scutellum triangulare, lucidum, rude punctatum, medio disci valde depressum. Elytra oblongo-ovata, lateribus linearibus, valde reflexis unde supra carinata, marginata; apice obtuse rotundata, fere truncata; supra modice convexa, crebre rugoso-punctata, nitida, lineis tribus parum elevatis posterius abbreviatis, et sutura lucidis. Corpus subtus coriaceum, nigrum; ano piceo. Pedes nigri, elongati, tenues, obsolete punctulati, lucidi, leviter pubescentes; tarsis piceis.

204. Silpha *cribrata* mihi. Tab. VII. f. 7.

Oblongo-ovata, tota nigra, opaca; elytris lœvigatis, valde convexis, foveolis numerosis profunde impressis, interstitiis tenue punctulatis.

Longit. 6½ lin. Lat. 4 lin.

Statura *Silphœ lœvigatœ* Fabr. tamen longior et angustior.

Caput elongatum valde deflexum, confertissime punctulatum, nigrum; supra convexum, foveolis tribus inter oculos; labrum profunde emarginatum, rufo-ciliatum. Antennæ longitudine thoracis, crassæ, nigræ, subnitidæ, apice fusco-griseæ. Oculi magni, paullo prominuli, nigri, nitidi. Thorax transversus, lævis, anterius angustatus, lateribus late marginatis; posterius valde explanatus, basi tenue tri-sinuatus, immarginatus, apice rotundatus, angustissime marginatus; supra convexus, ubique crebre punctulatus, carina disci longitudinali obsoleta. Scutellum magnum triangulare, subdepressum, rude punctatum. Elytra oblongo-ovata, tota nigra, basi thoracis nonnihil angustiora; apice rotundata, margine laterali valde reflexa; supra æqualiter valde convexa, lineis elevatis nullis, sed foveolis numerosis in medio disci crebrius, latera versus minus profunde impressa; interstitiis fovearum undique subtiliter punctulata. Corpus subtus nitidum, tenuissime sed confertissime punctulatum; pube grisea subtiliter obtectum. Pedes validi, nitidi, obsolete punctati, nigri.

205. Silpha *verrucosa* mihi.

Ovata, tota nigra, opaca; capite transversim carinata; elytris ovatis, tuberculato-rugulosis, rugulis valde elevatis; pedibus parum pubescentibus.

Longit. $5\frac{2}{3}$ lin. Lat. $3\frac{1}{2}$ lin.

Statura et fere magnitudine *Silphæ reticulatæ* Fabr. paullo vero brevior, et plerumque magis angustata.

Caput magnum, subrotundatum, opacum, granulatum; carina transversali pone oculos; fronte leviter excavata; ore profunde emarginato vel bifido. Antennæ thorace breviores, crassæ, nigræ, subnitidæ; apice opacæ, fuscæ. Oculi ovales, prominuli, lucidi. Thorax transversus, longitudine duplo fere latior; lateribus rotundatus; apice truncatus; basi in medio obtuse rotundatus, utrinque leviter sinuatus; ubique tenue marginatus; supra convexus, opacus, coriaceus; lateribus late explanatis. Scutellum triangulare, medio disci transversim sat depressum, coriaceum. Elytra thorace paullo angustiora, ovata, apice rotundata; lateribus præsertim anterius valde reflexis; supra modice convexa, coriacea, lineis tribus elevatis, interioribus totis obsoletis, laterali acute elevatori, paullo pone medium abbreviatis; in disco dorsali rugæ sinuatim irregulares, confluentes, sat elevatæ. Corpus subtus productum, coriaceum, nigrum, subnitidum, parce griseo-pubescens Pedes obsolete punctulati, nigri, nitidi.

206. Silpha *intricata* Ménétriés.

Griseo-atra, tota opaca; thorace tuberculato, scabro, pubescente; elytris apice truncatis, striis tribus elevatis, undulatis, interstitiis nodulosis.

Longit. 4 ½ lin. Lat. 2 ½ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 169. n. 692.

Statura et magnitudine fere *Silphæ rugosæ* Fabr. tamen brevior, præsertim latior.

Caput latum, inæquale, nigrum, minute sed crebre punctulatum; pilis brevibus prostratis, sat dense obtectum; oculis prominulis, subglobosis, piceis. Antennæ dimidio thoracis vix longiores, nigræ; extrorsum valde incrassatæ. Thorax transversim longitudine dimidio latior; anterius angustior; basi bisinuatus; lateribus rotundatis, margine reflexus; apice late emarginatus; supra fere planus, disco ante medium modice convexus, niger, scaber, adpresse griseo-pubescens; tuberculis plurimis, parum elevatis, nudis, aterrimis. Scutellum triangulare, magnum, planum, coriaceum, parce griseo-pubescens; in medio disci longitudinaliter tenuissime carinatum. Elytra oblongo-quadrata, basi thoracis paullo angustiora, medium versus nonnihil dilatata; apice truncata, picea, scabra, opaca; supra deplanata; lateribus declivia, margine valde reflexa; lineis tribus acute elevatis, apicem versus subramosis, undulatis; interstitiis nodulosis; tuberculum rotundatum, obsoletum sed reliquis magis elevatum in linea media pone medium elevatum. Corpus subtus opacum, coriaceum, sat dense griseo-pubescens; ano rufo; pedibus brunneis, pube grisea tenue obtectis.

207. CATOPS *pallidus* MÉNÉTRIÉS.

Oblongo-ovatus, subdepressus, ferrugineus, tenue griseo-pubescens; elytris obsolete punctulatis, apice subacuminatis.

Longit. 2 lin. Lat. $1\frac{1}{4}$ lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 169. n. 698.

Statura et magnitudine fere *C. fornicati* ILLIGER, paullo tamen minor, præsertim angustior, et plerumque minus convexus.

Caput deflexum, rotundatum, convexum, anterius parum attenuatum, sub oculo acute armato confertim punctulatum, ferrugineum; oculis aterrimis, globosis, prominulis. Antennæ basi thoracis multo longiores, testaceæ, tenue pubescentes; extrorsum sensim crassiores; articulo ultimo pallido. Thorax transversus, longitudine vix dimidio latior, ferrugineus, basi nonnihil rotundatus, leviter bisinuatus, angulis rectis; lateribus parum rotundatis; anterius paullo angustatus; apice truncatus, angulis valde deflexis, rotundatis; supra æqualiter convexus; pube ochraceo sparsim vestitus. Scutellum minutum, subtriangulare, obscuro-fuscum. Elytra basi thoracis parum latiora, medium versus nonnihil ampliata, posterius attenuata, apice rotundata; margine laterali obscuriori, anguste marginata; supra convexa, tenuissime sed creberrime punctulata, obsoletissime striata, pube ochraceo sparsim obtecta; medio disci parum infuscata. Corpus subtus ferrugineum nonnihil infuscatum, obsolete punctulatum, parce pubescens. Pedes præsertim postici valde elongati, ferruginei, ochraceo-pubescentes; tarsis longissimis, gracilibus.

208. Nitidula *persica* mihi.

Oblongo-quadrata, atra, subnitida, griseo-pubescens; thorace magno, fornicato; elytris confertissime punctulatis; pedibus valde compressis, piceis.

Longit. 1 lin. Lat. $\frac{3}{4}$ lin.

Nitidulæ subrogosæ affinis, paullo tamen major, magis quadrata, supra lævior et ubique densius pubescens.

Caput deflexum, transversum, antice angustatum, atrum, ante oculos sinuatum, apice obtuse rotundatum, minutissime ac creberrime punctulatum, pube tenui et valde depressa parce obductum; fronte fere plana, medio longitudinaliter vix elevata, et utrinque tenuiter impressa. Antennæ piceæ; clava magna, subglobosa, coarctata ferruginea. Thorax magnus quadratus, latitudine paullo brevior, antice nonnihil angustior, lateribus subrotundatus, reflexus, supra valde convexus, æqualis, ater, subtilissime, tamen confertissime punctatus, pube grisea parce obtectus, intra basin transversim leniter canaliculatus, angulis posticis subporrectis. Scutellum minutum, triangulare, lævius. Elytra oblongo-quadrata, thoracis basi perparum latiora, parallela, in medio vix rotundata, pone medium subangustata, apice truncata, supra ubique æqualiter modice convexa, æqualia, atra, subnitida, confertissime punctulata, lateribus reflexa, pube cana condensata sat dense vestita. Corpus subtus nigrum, magis nitidum, distinctius et fortius punctatum nec non parcius pubescens. Pedes toti piceo-nigri, valde compressi; anticis paullo dilutioribus.

209. Attagenus *pulcher* mihi.

Oblongo-ovatus, totus niger, cano-pubescens; elytris fasciis duabus latis communis flexuosis rufo testaceis signatis; tarsis testaceis.

Longit. 1 $\frac{2}{3}$ lin. Lat. $\frac{3}{4}$ lin.

Statura et magnitudine *Attageno tri-fasciato* Fabr. proximus.

Caput parvum, rotundatum, valde retractum, nigrum, opacum, pube cana adpressa longiori sat dense obtectum; fronte plana, inæquali. Oculi prominuli, globosi, picei. Antennæ aterrimæ, crassiusculæ, compressæ, opacæ, basi ferrugineæ; articulo ultimo valde elongato. Thorax brevis, transversus, basi utrinque late et sat profunde sinuatus, lobo medio parvo, rotundato, antice oblique angustatus, lateribus tenuiter rotundatus, apice late et profunde emarginatus, capite arcte applicatus, supra gibbus, niger, disco ferrugineo, intra basin subtiliter depressus, pube cana, condensata obique dense obtectus. Scutellum minutum, triangulare, nigrum. Elytra thoracis basi latitudine, elongata, lateribus parallela, apice obtuse rotundata, disco modice convexa, utrinque declivia, undique confertissime ac valde obsolete punctulata, nigro-fusca, pube dense vestita, fascia lata flexuosa communi rubro-testacea paullo ante medium, et altera vix angustiori postice signata. Corpus subtus incrassatum, nigrum, opacum, dense cano-pubescens; segmentorum marginibus ferrugineis. Pedes mediocres nigro-picei, sub-pubescentes; tarsis omnibus longis, filiformibus, testaceis.

210. Attagenus *brunneus* mihi.

Oblongo-ovatus, glaber, totus brunneus, nitidus, capite thoraceque obscurioribns; antennis pedibusque flavo-testaceis; abdomine dense flavo-pubescente.

Longit. $1\frac{4}{5}$ lin. Lat. $1\frac{1}{6}$ lin.

Statura et magnitudine *Attageni Megatomæ* Fabr. paullo tamen angustior.

Caput rotundatum, obsoletissime punctulatum, castaneo-brunneum, nitidum; fronte inæquali, pallidiori; oculis prominulis, nigris, subglobosis. Antennæ dimidio corporis haud longiores, flavo-testaceæ; extrorsum incrassatæ. Thorax brevis, anterius angustatus; basi bi-sinuatus, lobo medio parum porrecto; lateribus nonnihil rotundatus, tenue marginatus; apice truncatus, angulis obtusis; supra gibbus, undique æqualiter sed minutissime punctulatus, pube grisea sparsim obtectus. Scutellum minutissimum, triangulare. Elytra ovata, latitudine thoracis, pone medium nonnihil dilatata, apice rotundata; supra valde convexa, confertissime sed valde obsolete punctulata, et lineis nonnullis detritis, tenue pubescentes. Corpus subtus coriaceum; abdomen pilis testaceis prostratis sat dense vestitum. Pedes breves, flavo-testacei subpubescentes.

211. Hister *incrassatus* mihi.

Ovatus, gibbus, totus niger, nitidus; elytris brevibus, subquadratis, convexis, extus striis obliquis dimidiatis quinque crenulatis, lateribus crebre punctulatis.

Longit. $3\frac{1}{3}$ lin. Lat. 2 lin.

Statura *Histeri interrupti* Payk.

Caput rotundatum, supra planum, obsolete punctulatum, linea marginali circumscriptum; clypeo angusto, porrecto. Antennæ nigræ; articulo ultimo rufo. Thorax transversus, longitudine duplo fere latior, anterius valde angustatus; basi tenue bi-sinuatus, angulis acuminatis; apice late sed haud profunde emarginatus, angulis obtusis; lateribus angustissime marginatis; supra convexus; disco lævissimo, lucido; intra marginem anticum et basin anguste, latere late strigoso-punctatus. Scutellum minutum, triangulare, lævigatum. Elytra quadrata, tota nigra, thorace nonnihil latiora, apice tenue rufo-marginata; disco usque ad striam tertiam lævi, lateribus totis crebre punctulatis; præterea striæ abbreviatæ, crenatæ, quinque tenues, quarum secunda et quarta paullo breviores, et linea suturali anterius abbreviata. Corpus subtus crebre strigoso-punctatum, productum. Pedes piceo-nigri, obsolete punctati; tibiis anticis valde dilatatis, dentibus septem obtusis parvis.

212. HISTER *parallelogrammus* MIHI.

Truncato-ovatus, subdepressus, ater, nitidus; elytris sublinearibus, angustatis, lineis tribus, integris, profunde impressis et quator dimidiatis obsoletissimis; tibiis anticis denticulis quinque simplicibus.

Longit. $2\frac{1}{6}$—$2\frac{2}{3}$ lin. Lat. $1\frac{1}{4}$—2 lin.

Statura *Histero stercorario* PAYK. apropinquat, paullo tamen latior.

Caput parvum, deflexum, planum, glabrum, linea semicirculari impressa inter margines inscripta; fronte nonnihil impressa.

Antennæ ferrugineæ, articulo ultimo nigro. Thorax transversus, longitudine duplo fere latior; anterius parum angustior; lævissimus, lucidus, modice convexus; apice late et sat profunde emarginatus; lateribus sublinearibus, margine incrassatis. Scutellum minutum, triangulare, depressum. Elytra brevia, thoracis latitudine, in medio nonnihil dilatata; dorso modice convexa; striæ quatuor integræ, crenulatæ, parum obliquæ, profunde impressæ, extima multo breviori, sequentibus basi et apice connexis in singulo elytro; striæ suturalis rudimenta obsoleta observantur; interstitiis lævissimis, nitidis. Pygidium valde productum, crebre et profunde punctatum. Corpus subtus incrassatum, punctis majoribus crebre impressum; abdomine brunneo. Pedes crassiores, glaberrimi, nigro-picei, lucidi; tibiis anticis quinque-denticulatis; tarsis rufis.

Var. β. Duplo fere minor, præsertim plerumque magis angustatus.

213. HISTER *parallelus* MÉNÉTRIÉS.

Ater, nitidulus; elytris subparallelis, striis tribus externis integris, internis tribus antrorsum abbreviatis; tibiis anticis quadridentatis.

Longit. $2\frac{3}{4}$ lin. Lat. $1\frac{1}{3}$ lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 171. n. 707.

Statura et magnitudine *Histeri parallelogrammi*, sed paullo major; forma elytrorum plerumque magis ampliata, et denticulis quatuor in tibiis anticis diversus.

Caput parvum, nonnihil retractum, læve, linea semicircula-

riter profunde impressa; fronte vix impressa, obsoletissime punctulata; clypeo glabro, deflexo. Antennæ totæ piceo-nigræ. Thorax magnus, longitudine dimidio latior; basi rotundatus; apice late et profunde emarginatus, ibique angulis acutis; supra convexus, lævissimus, margine incrassatus, et linea marginali profunde impressa utrinque; præterea foveola parva, rotundata, basali, supra scutellum profunda. Scutellum parvum, triangulare, læve. Elytra quadrata, latitudine thoracis, dein in medio parum dilatata, subparallela; supra lævissima, convexa, striis sex, exterioribus integris, parallelis; interioribus integris, parallelis; interioribus valde abbreviatis, juxta basin connexis et dimidium disci haud attingentibus; fundo striarum punctato. Corpus subtus nigrum, rude punctatum. Pedes picei, tibiis anticis valde dilatatis, denticulis quatuor latis acuminatis.

214. Hister *subvirescens* Ménétriés.

Atro-virens, subquadratus, punctatissimus; elytris antice quinque-striatis, apice rufescentibus.

Longit. 1 ¼ lin. Lat. 1 lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 171. n. 710.

Statura et magnitudine *Histeri metallici* Fabr. tamen paullo brevior.

Caput deflexum, rotundatum, viridi-nitens, nonnihil convexum, obsoletissime sed minutissime crebre punctulatum; fronte convexa, subporrecta. Antennæ piceæ. Thorax longitudine duplo fere latior; anterius angustior, apice truncatus

vel tenue emarginatus, ibique angulis obtusis; basi leviter bisinuatus; disco lævis, lucidus, antice posticeque anguste, lateribus late crebre sed obsolete punctatus. Scutellum minutissimum, subtriangulare, nitidum. Elytra magna, subquadrata, modice convexa, atro-viridia, posterius dilute rufo-picea; lateribus et postice obsolete sed crebre punctata; area ante medium interiorem parva, lævissima lucida; striæ quinque valde abbreviatæ, juxta basin in singulo, exteriori paullo longiore; linea integra, suturali cum stria prima arcuatim pone scutellum juncta. Corpus subtus incrassatum, atro-olivaceum, punctis majoribus crebre impressum. Pedes ferruginei; tibiis anticis nonnihil dilatatis; denticulis quatuor minutis, acutis.

215. Platysoma *castaneum* Ménétriés.

Castaneum, nitidum; capite, discoque thoracis nigro; elytris utrinque profunde sex-striatis, striis omnibus integris; tibiis anticis late dentatis.

Longit. $1\frac{3}{4}$ lin. Lat. 1 lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 171. n. 713. Hololepta.

Statura quodammodo *Hololeptæ deplanatæ* Gyllenh. tamen duplo major, præsertim latior.

Caput breve, productum, modice convexum; obsoletissime sed creberrime punctulatum; fronte leviter impressa; clypeo ferrugineo, valde porrecto, nitido. Thorax magnus, quadratus, anterius nonnihil angustatus; basi rotundatus, angulis obtusis; lateribus angustissime marginatis; apice profunde et late emarginatus, angulis productis, acuminatis; margine apicali paullo

obscuriori; supra modice convexus, lævis, medio disci niger, latera versus castaneus; intra marginem lateralem striæ duæ, angustæ, integræ, utrinque. Scutellum triangulare, læve, supra depressum, castaneum. Elytra latitudine thoracis, et illo vix longiora, parallela, subquadrata, brunnea, dilute nigro-irrorata; lateribus reflexa; supra valde deplanata, striæ sex integræ punctulatæ, basi et margine apice conjunctæ in singulo; interstitiis lævibus, nitidis, impunctatis. Corpus subtus læte castaneum, nitidum, nonnihil infuscatum, rude punctatum. Pedes validi, brunnei, nitidi; setulis rigidis, testaceis nonnullis dispersis obsiti; tibiis anticis valde dilatatis, denticulis latis quatuor, quarum duæ exteriores majores.

216. Parnus *caspius* Ménétriés.

Oblongus, olivaceo-griseus, tomentosus; thorace transverso, lateribus valde impresso; elytris elongatis, punctatis, regulariter striatis; abdomine pedibusque ferrugineis.

Longit. 2 lin. Lat. 1 lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 172. n. 714.

Statura et magnitudine *Parni auriculati* Panzer, paullo tamen brevior.

Caput rotundatum, convexum sparsim punctulatum; vertice inæquali; oculis nigris, vix prominulis. Antennæ capite breviores, testaceæ, parce pubescentes. Thorax longitudine latior; basi bi-sinuatus, lobo medio tenue emarginatus, angulis valde productis, acuminatis; anterius nonnihil angustatus, lateribus tenuissime marginatis; apice truncatus, angulis productis, acutis;

supra convexus, latere late et valde depressus, ubique sat dense griseo-pilosus; obsoletissime punctulatus, linea grisea angusta, longitudinali, dorsali. Scutellum subtriangulare, depressum, postice acuminatum. Elytra thorace paullo latiora, sed illo quintuplo longiora, subcylindrica, lateribus sublinearibus; in medio perparum constricta, supra crebre punctata, obsolete sed confertim striata, griseo-tomentosa; pilis rigidis, testaceis dense obsita. Corpus subtus cylindricum, obsolete punctulatum, obscure olivaceum; pube flava depressa, sericeo-micans. Abdomen in medio flavo-ferrugineum. Pedes breves, ferruginei, nonnihil pubescentes; tarsis rufis.

PALPICORNES.

217. Elophorus *micans* mihi.

Brunneus, livido-griseo-pulvinatus, subnitidus; capite inter oculos profunde impresso; thorace quinque-sulcato; elytris obsolete sulcatis, punctato-striatis.

Longit. 2 ½ lin. Lat. 1 ¼ lin.

Statura et magnitudine *Elophori aquatici* Oliv. paullo tamen angustior.

Caput productum, rotundatum, crebre punctatum, brunneum, nonnihil æneo-micans, foveola lata inter oculos profunde impressum, et tuberculo magno in fronte sat elevato. Oculis globosis, prominulis, aterrimis. Antennæ ferrugineæ, capite haud longiores. Thorax quadratus, longitudine vix latior; basi parum rotundatus, angulis valde prominulis, acutis; lateribus pone medium constrictus, antrorsum dilatatus; apice truncatus, angulis productis; supra modice convexus, fusco-brunneus, opacus, obsolete punctatus, sulcis quinque longitudinalibus, undulatis; fundo sulcorum griseo-pulvinatus. Scutellum parvum, parum elevatum, rotundatum, nitidum. Elytra thorace latiora, oblongo-ovata, apice attenuata; lateribus reflexa, marginata; supra æqualiter valde convexa, brunnea, subnitida, obsolete sulcata; interstitiis planis, punctato-striatis, nonnihil griseo-pulvinatis. Pectus nigrum, opacum; abdomen castaneum, brevissime pubescens; margines segmentorum pallidiores. Pedes elongati, ferruginei, subnitidi.

218. Sphæridium *pictum* mihi.

Ovatum, atro-nitidum; elytris obsoletissime striatis, pone humeros maculis sinuatis, latis, rubris; fascia lata flexuosa pallida ante apicem; ipso apice piceis.

Longit. $3\frac{1}{2}$ lin. Lat. $2\frac{1}{2}$ lin.

Statura *Sphæridio scarabæoidi* Fab. haud absimile, sed majus, et præsertim latius.

Caput rotundatum, nonnihil deflexum, modice convexum, nigrum, sub oculo acute armato obsoletissime sed creberrime punctulatum, nitidum; apice truncatum; ore tenue pallido-setaceo; oculis vix prominulis, glaucis, opacis; palpis antennisque piceis. Thorax brevis longitudine duplo latior, niger, nitidus; lateribus nonnihil rotundatis, anterius angustatis, æqualiter marginatis; apice late et sat profunde emarginatus, angulis obtusis; basi rotundatus, tenue bi-sinuatus, angulis rectis; supra æqualiter convexus, glaber, minutissime et obsoletissime punctulatus. Scutellum valde angustatum, apice acuminatum; lævissimum, nitidum. Elytra basi thorace latitudine, medio dilatata; apice obtuse rotundata, parum dehiscentia; lateribus anguste marginata; supra convexa, glabra, nigra, nitida, obsoletissime striata, et minutissime punctulata; pone humerum macula lata subquadrata, saturate rubra; præterea fascia lata pallida, sinuata, paullo pone medium tota transversa; apice ipso picea. Corpus subtus nigrum, opacum, pube flava dense depressa vestitum. Pedes nigri, nitidi, rufo-maculati; tarsis ferrugineis; femoribus anterioribus pubescentibus.

LAMELLICORNES.

219. Ateuchus *puncticollis* Dej.

Niger, nitidus; vertice sublævi, clypeo sex-dentato, exarato-punctato; thorace punctis majoribus parce impresso; elytris obsolete striatis.

Longit. $8\frac{1}{2}$ lin. Lat. $5\frac{1}{2}$ lin.

Ateuchus armeniacus, Mannerheim; Ménétriés, Catalogue, p. 173. n. 727.

Statura et magnitudine *Ateucho semipunctato* Fabr. confinis; paullo tamen minor.

Clypeus transversus, antice rotundatus, opacus, creberrime exarato-punctatus, dentibus obtusis sex, parum reflexis; vertice lævis, subnitidus, punctis grossis nonnullis profunde impressis; lateribus nonnihil nigro-ciliatis. Antennæ nigræ, sericeo-micantes. Thorax transversus, antice emarginatus, margine leviter incrassato; angulis acuminatis; lateribus rotundatis, reflexis, crenulatis, nonnihil nigro-ciliatis; basi rotundatus; supra valde convexus, glaberrimus, æqualis, nitidus, punctis majoribus vel foveolis irregulariter dispersis; disco læviori; intra basin in medio punctis obsoletis plurimis serie colocatis. Elytra basi thoracis angustiora, posterius parum attenuata, marginata, apice obtuse rotundata, supra deplanata; disco ipso parum elevato;

lineis regularibus, integribus tenue impressa; interstitiis lævissimis. Corpus subtus nitidum, sparsim punctatum, nigro-pilosum; pygidio adpresso, obsolete punctato, opaco; pedibus validis, nitidis, nigris, ciliatis; tibiis anticis quadridentatis.

220. Ateuchus *Monachus* mihi.

Niger, opacus; clypeo sex-dentato, confertim ruguso-punctato; thorace granulato, granulis nitidis; elytris obsolete punctato-striatis, interstitiis tenue subseriatim punctulatis.

Longit. $6\frac{1}{2}$—$8\frac{3}{4}$ lin. Lat. 4—$5\frac{2}{3}$ lin.

Statura fere et affinitas præcedentis; sed paullo minor, et thoracis punctura nec non elytrorum sculptura satis differt.

Clypeus antice rotundatus, dentibus sex, valde prominulis, acutis; supra totus confertissime profunde rugoso-punctatus; vertice ante oculos linea transversali acute elevata; lateribus longe nigro-ciliatis, et pilis rigidis, brevibus sparsim obsitus; oculis griseis; antennis piceis. Thorax transversus, lateribus et basi rotundatus, crenulato-marginatus; apice profunde emarginatus; margine reflexo; supra convexus, disco pone medium deplanatus; opacus, minute ubique granulatus, granulis lucidis; lateribus longe ciliatis. Elytra basi thorace angustiora, posterius angustata, in medio nonnihil dilatata, margine reflexa, summo margine carinata; supra modice convexa, disco paullo elevata; regulariter obsolete punctato-striata; interstitiis minutissime subseriatim punctatis; humeris porrectis. Corpus subtus piceo-nigrum, subnitidum, rude punctatum, nigro-pilosum. Pygidium parum convexum, subnitidum, punctatum; pedibus

piceis, lucidis, pilis nigris, rigidis, longissimis sparsim obsitis; tibiis anticis dentibus quatuor longissimis acutis.

Var. β. Dimidio minor, præsertim angustior, thorace magis inæquali; elytris evidentius punctato-striatis, disco plerumque magis elevato. Forte nov. spec.

221. Copris *Armeniaca* mihi.

Subcylindrica, nigra; clypeo antice semicirculariter rotundato, profunde sed anguste emarginato, vertice subcornuto; thorace crebre et rude punctato; elytris profunde crenato-striatis.

Longit. 7 lin. Lat. 4 lin.

Statura *Copridi emarginatæ* Fabr. affinis, sed duplo minor, et plerumque magis cylindrica; magnam quidem habet similitudinem cum *Copride sulcicolli* Dalm. ex Insula Java, paullo tantum minor, elytrisque minus profunde striatis.

Clypeus magnus, semicircularis, anguste tamen profunde emarginatus, obsolete punctatus, in medio cornu brevi, erecto, obtuso; margine præsertim antico admodum reflexus; subtus rufo-pilosus; oculis griseis, antennis rufis. Thorax brevissimus, basi rotundatus, margine incrassatus, reflexus, angulis rotundatis; lateribus nonnihil rotundatis, reflexis; apice profunde et late emarginatus, ibique angulis latis, valde productis, obtusis, rufo-ciliatis; supra convexus, punctis numerosis, profundis; disco longitudinaliter late canaliculatus, antice in medio tuberculo brevi transversaliter parum elevato; foveola profunda, rotundata, latera versus utrinque; apice et lateribus antice rufo-ciliatus. Elytra basi thoracis vix angustiora, in

medio nonnihil dilatata, apice obtuse rotundata; supra valde convexa, regulariter profunde crenato-striata, interstitiis lævissimis, parum elevatis. Corpus subtus piceum, rude punctatum, cum pedibus rufo-pilosum.

222. Onthophagus *Menetriesii* mihi.

Obscure cupreus, maris occipite cornubus binis, longis, recurvatis; thoracis lateribus profunde excavatis; elytris cupreo-lucidis, sutura nitidioribus.

Longit. 4 ½ lin. Lat. 2 ½ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 175. n. 742. *Onthoph. Urus.*

Statura quodammodo *Onthophagi Tauri* Fabr. multo tamen major.

Clypeus rotundatus, anterius angustatus, apice reflexus, cupreo-æneus, subnitidus; margine antico obscuriori; obsolete sed confertim punctatus; cornubus duobus longissimis vertice divaricatis, apice arcuatim recurvatis terminatus. Antennæ ferrugineæ, apice nigræ. Thorax gibbus, obscure-æneus, subnitidus, parce punctatus, antice bi-lobus; lateribus lævioribus, profunde impressus, linea obsoleta longitudinali in medio disci; basi valde retusus; lateribus tenue reflexus, rufo-ciliatus. Elytra basi thorace parum angustiora, in medio nonnihil rotundata, apicem versus angustata, apice ipso truncata; supra modice convexa, obscuriora, disco deplanata, sat profunde punctato-striata; interstitiis elevatis, strigoso-punctulatis, et breviter parce pilosis; sutura elevata, nitidiore, cupreo micante. Corpus subtus cum pedibus piceo-nigrum, nonnihil æneum,

nitidum, rufo-pilosum, punctulatum; abdomine obscuriore; tarsis ferrugineis.

Fœmina: Paullo minor; clypeus magis rotundatus, vertice late carinatus. Thorax subtiliter punctatus, antice retusus, lateribus tuberculatis, haud impressis; elytra parum læviora.

223. ONTHOPHAGUS *subviolaceus* MÉNÉTRIÉS.

Nigro-violaceus, opacus, occipite maris bi-spinoso; thorace antice tri-tuberculato, fœm. inermi; elytris granulatis, subrugosis.

Longit. $5\frac{1}{3}$ lin. Lat. 3 lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 177. n. 750.

Statura *Onthophago Capræ* FABR. proximus, et præcedente paullo major.

Clypeus rotundatus, apice tenue reflexus, leviter emarginatus, confertissime punctulatus, nigro-violaceus, subnitidus; disco carinatus, lamina antice semicirculariter erecta, et utrinque in spinam obtusam terminata; antennis piceis. Thorax orbiculatus, subnitidus, apice profunde emarginatus; undique angustissime marginatus; disco posterius deplanatus, ante medium retusus, tri-lobatus; lobo medio majori, tenuissime emarginato; confertissime ubique punctulatus, supra scutellum tenue depressus. Elytra thoracis medio latitudine, apice obtuse rotundata; supra modice convexa, opaca, profunde striata; interstitiis convexis, granulatis, crebre rugulosis. Corpus subtus cum pedibus piceo-nigrum, parce pilosum.

Fœmina: Clypeus profundius emarginatus, anterius plerum-

que magis deplanatus; vertice transversim tenue elevatus, tri-tuberculatus. Thorax muticus, disco convexus, punctis majoribus fortius impressus, tuberculo parum elevato utrinque.

224. Onthophagus *circumscriptus* Dej. Tab. VII. f. 8.

Niger, nitidus, vertice lamina parum rotundata, in spinam longam, obtusam reclinatam producto; elytris lividis, nigro maculatis.

Longit. 3—4 lin. Lat. 2—2 $\frac{1}{2}$ lin.

Statura et magnitudine *Onthophagi marginalis* Gebler.

Clypeus rotundatus, niger; antice attenuatus, reflexus, nonnihil emarginatus; crebre ruguloso-punctatus; vertice lamina assurgenti parum rotundata utrinque nonnihil angulata, in spinam longam, apice parum reclinatam, obtusam, producto. Thorax niger, rotundatus, glaberrimus, nitidus, tenue granulato-punctatus; antice profunde exaratus; lateribus valde dilatatis, tuberculo parum elevato utrinque, disco linea longitudinali tenue impressa; undique marginatus. Elytra brevia, subdepressa, nitida, obsolete striata, livida; interstitiis planis, minutissime punctulatis; pube tenue vestita; maculis angustis, flexuosis, nigris, adspersa; sutura tota nigra, sublæviore. Corpus subtus cum pedibus piceo-nigrum, lucidum.

Fœmina: Paullo minor; clypeo carinato; thorace antice parum retuso, in tuberculum producto; elytris posterius nonnihil angustioribus.

225. Onthophagus *irroratus* mihi.

Ovatus niger, opacus; clypeo exarato punctato, carinis duabus elevatis; elytris luridis, maculis nigris confluentibus.

Longit. $3\frac{3}{4}$ lin. Lat. $2\frac{1}{2}$ lin.

Statura et magnitudine *Onthophago fracticorni* Fabr. affinis.

Clypeus rotundatus, apice attenuatus, marginatus, creberrime exarato-punctatus, niger, subæneus, carinis duabus, rectis, transversis. Thorax orbiculatus, lateribus in lobos dilatatis, confertissime punctulatis, niger, nonnihil cupreo-micans; apice tenue æqualiter retusus; supra valde convexus, linea obsoleta læviori in medio disci longitudinali, foveola parva utrinque in latere; angulis anticis valde productis, obtusis. Elytra lurida, latitudine thoracis; posterius valde angustata, crenulato striata, interstitiis obsolete punctulatis, maculis plurimis nigris irregulariter confluentibus adspersis. Corpus subtus cum pedibus piceo-nigrum, nitidum, obsolete punctatum, parce rufo-pilosum.

226. Onthophagus *quadridentatus* Ménétriés.

Viridi-æneus, opacus, pubescens; clypeo profunde carinato; thorace creberrime granuloso, antice 4-tuberculato; elytris testaceis, dense viridi-marmoratis.

Longit. 4 lin. Lat. $3\frac{1}{2}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 176. n. 745.

Statura et magnitudine fere præcedentis, tamen colore et tuberculis thoracis bene differt.

Clypeus rotundatus, anterius nonnihil attenuatus, subtiliter marginatus, tenue emarginatus, obscure viridi-æneus, tenue griseo-pubescens, crebre eroso-punctatus, profunde carinatus. Thorax latus, confertissime granulatus, viridi-æneus, opacus; disco deplanato, subtiliter longitudinaliter canaliculato; anterius elevatus, valde retusus, tuberculis quatuor cupreo-micantibus sat prominentibus signatus; lateribus deflexus, pube testacea ubique sat dense vestitus. Elytra subquadrata, posterius nonnihil angustata, disco depressa, testacea, maculis plurimis, flexuosis, viridi-æneis, confluentibus marmorata, striata, interstitiis subconvexis, subtiliter granulatis; pube brevissima, testacea, ubique sed parce obtecta. Corpus subtus piceo-nigrum cum pedibus parum æneo-micans, densius pubescens; tarsis piceis.

227. ONTHOPHAGUS *fulvipes* MIHI.

Rufus, opacus, subpubescens; vertice subarmato; thorace foveolis sex irregularibus, transversim tenue impresso; elytris testaceis, rufescenti-maculatis.

Longit. $3\frac{1}{2}$ lin. Lat. 2 lin.

Statura *Onthophago Vaccæ* FABR. valde similis, sed minor, præsertim angustior.

Clypeus semicirculariter rotundatus, margine erecto; apice tenue emarginatus, rufus, opacus, obsoletissime strigoso-punctatus; vertice bi-carinatus, intra apicem nonnihil lævior, subnitidus. Antennæ rufæ, nitidæ; clava opaca, griseo-nigra. Thorax transversus; basi et lateribus rotundatus; apice tenue

emarginatus, ibique angulis valde prominulis, acuminatis; anguste sed acute ubique marginatus, margine ipso nigricante; basi levissime crenulato-marginatus; supra convexus, rufus, opacus, obsolete sed crebre granulatus, apicem juxta tuberculo parvo, subtrilobo, nitido, et foveolis sex inæqualibus in medio disci transversaliter tenue impressus; præterea carinula plana, in disco longitudinali; pube testacea, brevissima sat dense obtectus. Elytra elongata, posterius angustata, apice rotundata; testaceo-livida, maculis detritis, rufis, confluentibus irrorata, opaca, tenue striata, interstitiis obsoletissime punctulatis; sutura ante medium valde depressa. Corpus subtus cum pedibus rufo-castaneum, subnitidum, parce rufo-pilosum.

228. Onthophagus *viridis* Ménétriés.

Prasinus, nucha maris spina armata; thorace profunde punctato; elytris concinne punctato-striatis, interstitiis subgemellato-punctatis.

Longit. $4\frac{1}{3}$ lin. Lat. $1\frac{1}{2}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 177. n. 749.

Statura et magnitudine præcedentis, parum tamen major.

Clypeus rotundatus, margine antico modo parum reflexus, vix emarginatus, obsoletissime strigoso-punctatus, niger, prasino-æneus, nitidus, intra apicem obscurior; occipitis spina erecta, obtusa, nigra, basi valde dilatata, ænea, nitida, nonnihil cupreo-micans. Fœmina clypeo crebrius punctato, vertice carinato. Antennæ piceæ, apice nigræ. Thorax transversus, muticus, valde convexus, postice rotundatus, angulis anticis valde pro-

minulis, subreflexis, obtusis; supra crebre punctatus, levissime ubique marginatus; in medio antice late sed haud profunde exaratus in mari; fœm. tuberculo nigro, sub-bi-dentato vix elevato; supra scutellum obsolete carinatum, saturate prasino-æneus, nitidus. Elytra brevia, posterius rotundata, thoracis medio latitudine, nigra, viridi-æneo-micantia, concinne punctato-striata; interstitiis nonnihil elevatis, parce rugulosis, sub-gemellato-punctatis; disco ante medium depresso; humeris sat productis. Corpus subtus cum pedibus piceo-nigrum, nonnihil prasino-micans; parce ferrugineo-pilosum; femoribus punctis majoribus impressis; tarsis ferrugineis.

229. Onthophagus *subæneus* Ménétriés.

Breviter ovatus, obscure-æneus; occipite carinato; thorace flavo-piloso; elytris striatis, interstitiis gemellata-striato-punctatis, substrigosis.

Longit. $2\frac{1}{3}$ lin. Lat. $1\frac{1}{2}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 179. n. 757.

Statura et magnitudine omnino *Onthophago ovato* Fabr. etiamque semicorni Panz. valde assimilis, tamen clypeo profundius emarginato, et sculptura elytrorum diversa.

Clypeus rotundatus, margine tenue reflexus, apice profunde emarginatus; supra rude et profunde punctatus, obsolete bicarinatus, linea media breviori, suberecta; obscure-cupreus. Thorax orbiculatus, ubique tenuissime marginatus, apice semicirculariter, late, et sat profunde emarginatus, ibique angulis acutis; supra æqualiter convexus, muticus, crebre, rude, et

profunde punctatus, nigro-æneus, subnitidus, pube flava obtectus; tuberculo laterali læviori. Elytra latitudine thoracis, et illo vix longiora; supra deplanata, sed haud impressa; striata, interstitiis paullo elevatis, gemellato-punctato-striatis, substrigosis; piceo-nigra, nonnihil pubescentes, subænea. Corpus subtus cum pedibus piceum, nitidum, parce pilosum; tarsis ferrugineis.

230. Onthophagus *atramentarius* Ménétriés.

Oblongo-ovatus, subparallelus, ater; clypeo obsolete tri-tuberculato; thorace minutissime punctulato; elytris substriatis, interstitiis vix punctulatis; pedibus piceis.

Longit. 3 lin. Lat. 1 $\frac{1}{5}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 179. n. 760.

Præcedente duplo fere major, statura tamen plerumque magis angustata.

Clypeus semicirculariter rotundatus; margine antice sat profunde emarginatus; niger, subnitidus, obsoletissime sed confertissime rugoso-punctatus; vertice deplanatus, linea transversali, vix elevata, et tuberculis tribus, obsoletis signatus; antennis piceis; apice griseis. Thorax magnus, rotundatus, apice late sed haud profunde emarginatus, angulis productis, obtusis; supra muticus, tenue convexus, lævis, niger, nitidus, minutissime sed confertim latera versus profundius punctulatus; disco toto plano; tuberculo parvo utrinque. Elytra thoracis latitudine, elongata, lateribus subparallelis, apice rotundatis; disco plana, utrinque deflexa; nigra, nitida subtiliter striata;

interstitiis planis, lævibus, tenuiter granulatis. Corpus subtus cum pedibus piceo-nigrum, nitidum, parce pilosum.

231. ONTHOPHAGUS *anthracinus* DÉJ.

Breviter-ovatus, niger, nitidus; clypeo subemarginato, occipite obsolete bi-carinato; thorace rude punctato; elytris profunde striatis, interstitiis crebre punctulatis; pedibus piceis.

Longit. $2\frac{1}{2}$ lin. Lat. $1\frac{3}{4}$ lin.

Statura et fere magnitudine *Histero stercorario* PAYK. haud absimilis, paullo tamen major.

Caput valde retractum, transversum, ovale, minute sed apicem versus fortius eroso-punctatum; clypeo subtilissime emarginato, margine leviter reflexo; vertice obsolete carinatum, nigrum, nitidum. Thorax muticus; lateribus posticeque acute rotundatus; apice late sed haud profunde emarginatus, ibique angulis fere rectis, obtusis; ubique tenuissime marginatus; supra modice sed æqualiter undique convexus, lucidus, niger, punctis majoribus sat crebre et profunde impressus, et carinula plana, abbreviata supra scutellum. Elytra thorace parum latiora, lateribus rotundata, apice subtruncata; supra nigra, nitida, sat profunde striata; interstitiis deplanatis irregulariter sed crebre punctulatis; pone humerum marginem juxta lævissima, lucida; disco pone scutellum leviter depressum. Corpus subtus cum pedibus crebre puctulatum, nigrum, subpiceum, nitidum; tarsis ferrugineis.

232. Onthophagus *cruciatus* Ménétriés.

Minutus, ater, pubescens, inermis; clypeo obsolete bi-carinato; thorace dense flavo-piloso; elytris lividis, basi leviter, humeris, sutura paullo, et fascia pone medium transversali, nigra.

Longit. $1\frac{1}{2}$ lin. Lat. 1 lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 175. n. 755.

Statura fere *Onthophago ovato* Fabr. subsimilis, tamen angustior et magis elongatus, sed illo fere triplo adhuc minor.

Clypeus rotundatus, niger, subnitidus; lateribus haud elevatis, apice ipso in medio, modo reflexus, vix emarginatus; supra intra apicem parum elevatus, punctis majoribus parce impressus, vertice nonnihil læviori, obsoletissime bi-carinato. Thorax niger, valde sed æqualiter convexus, muticus, ubique subtiliter marginatus, basi lateribusque rotundatus; apice late circulariter et profunde emarginatus, unde ibique angulis sat productis, acuminatis; punctis majoribus dense impressus, et pilis flavis, longis, confertim obsitus. Elytra elongata, thorace nonnihil latiora, posterius angustata, apice subtruncata, margine tenue reflexa, livida, subnitida; setulis flavis sparsim obsita; sat profunde crenato-striata; interstitiis tenue elevatis, in disco minus, latera versus fortius punctatis, disco plana; basi ipso anguste, macula humerali parva, rotundata, sutura, maculis apicalibus minutis, et fascia paullo pone medium transversa, brevi, nigra. Corpus subtus cum pedibus nigrum, densius flavo-pilosum; tarsis parum dilutioribus.

233. ONTHOPHAGUS *terminatus* MIHI.

Minutus, æneo-nigricans, subpubescens; clypeo orbiculato, bi-carinato; elytris obsolete crenato-striatis, macula humerali, apiceque rufis; corpore subtus pedibusque piceis

Longit. 1 $\frac{2}{3}$ lin. Lat. 1 lin.

Statura *Onthophago furcato* FABR. proximus sed plus duplo minor.

Clypeus orbiculatus, lateribus apiceque æqualiter tenue reflexus, antice vix emarginatus; niger nonnihil cupreo-micans; crebre eroso-punctatus, subnitidus, subtiliter griseo-pubescens; vertice bicarinatus, linea postica erecta. Thorax muticus, gibbus, niger, subæneus, sat dense griseo-pubescens, crebre et profunde punctatus, et carina plana, abbreviata, longitudinali supra scutellum. Elytra in medio thorace paullo latiora, et illo duplo fere longiora, piceo-nigra, subænea, nonnihil depressa, crenato-striata, interstitiis planis, crebre sed obsolete punctulatis, macula parva humerali fasciaque rufa in apicem ipso; pube grisea parce obtecta. Corpus subtus cum pedibus piceum, nitidum, tenue pubescens; tarsis ferrugineis.

Var. β. Paullo major, clypeo profundius emarginato, elytris fortius crenato-striatis, fere totis piceis.

234. Aphodius *gagatinus* Mannerheim.

Maximus, valde elongatus, piceo-niger, thorace lateribus posticeque punctato ; elytris profunde crenato-striatis, interstitiis vix punctatis

Longit. 8 lin. Lat. 3 lin.

In hocce genere insectum hoc maximum, quidem *Aphodii rufipedis* Fabr. fere dimidio adhuc major.

Clypeus latus, transversus, apice obtuse rotundatus, fere truncatus, margine æqualiter reflexus; supra lævissimus, convexus, impunctatus; punctis nonnullis intra apicem modo impressus, nitidus vertice piceo-niger, juxta marginem ubique brunneus. Antennæ rufo-testaceæ; oculis depressis, glaucis. Thorax transversus, basi subtriangulariter rotundatus, immarginatus, angulis obtusis; lateribus sublinearibus, anterius angustatus; apice truncatus, angustissime æqualiter testaceo-marginatus, ibique angulis sat productis, rotundatis; supra modice convexus, lævis, piceo-niger, nitidus; lateribus pallidioribus; punctis nonnullis intra basin et latere dispersis. Scutellum elongatum, postice acuminatum, supra depressum, basi creberrime et rude punctatum; pone medium lævius, nitidum, rufum. Elytra valde elongata, basi thoracis parum angustiora, in medio vix dilatata, pone medium sensim attenuata, apice rotundata; lateribus reflexis; supra valde convexa, disco ante medium nonnihil depressa; nigro-picea, nitida; profunde striata, vel potius sulcata, fundo sulcorum crenulato; interstitiis convexis, lævissimis, sub oculo acutissime armato vage punctulatis. Corpus subtus crebre exarato-punctatum; abdomine sub-

coriaceum, piceo-ferrugineum, rufo-pilosum. Pedes validi, rufo-pilosi, picei, nitidi; femoribus rude punctatis; tarsis rufis.

235. Aphodius *Caminarius* mihi.

Totus ater; thorace confertissime punctulato, carina abbreviata, longitudinali pone medium; elytris profunde striatis, interstitiis obsolete punctulatis.

Longit. $3\frac{1}{2}$ lin. Lat. $1\frac{1}{3}$ lin.

Statura et magnitudine omnino *Aphodio nigripedi* Fabr. consimilis.

Clypeus apice exacte rotundatus, tenue marginatus, supra parum convexus, confertissime tamen obsoletissime punctatus, ater, nitidus. Thorax brevis, longitudine dimidio fere latior; basi obtuse rotundatus vel truncatus, subtiliter bi-sinuatus; supra convexus, ater, nitidus, confertissime ubique æqualiter sed minute punctulatus; carina plana, longitudinali, abbreviata pone medium. Scutellum triangulare, basi subtiliter punctatum, posterius læve, nitidum. Elytra elongata, latitudine thoracis, in medio nonnihil dilatata; supra valde convexa, apice rotundata; aterrima, nitida, profunde striata, interstitiis planis, obsoletissime punctulatis. Corpus subtus tenue coriaceum, parce flavo-pubescens, cum pedibus nigrum; tarsis piceis.

236. APHODIUS *asiaticus* MIHI.

Niger; clypeo tuberculato; thorace crebre et concinne punctato; elytris punctatissimis, crenulato-striatis, piceis, sutura, humeris, pedibusque rufis.

Longit. 3 lin. Lat. 1 $\frac{1}{2}$ lin.

Statura et magnitudo præcedentis, paullo tamen minor, præsertim angustior.

Clypeus apice truncatus, lateribus subsinuatis; tenue reflexus; supra convexus, intra apicem nonnihil deplanatus, concinne ubique confertim punctulatus, niger, tuberculo sat elevato frontali parum elongato, et altero obsoletiore utrinque. Thorax transversus, lateribus et postice rotundatus, tenuissime marginatus; apice truncatus, angulis productis, obtusis, angustissime flavo-marginatus; supra æqualiter sed valde convexus, creberrime ubique punctatus. Scutellum triangulare, basi nigrum, tenue punctatum; posterius lævius, piceum. Elytra thorace parum latiora, posterius vix ampliata, elongata, apice obtuse rotundata; picea, valde convexa, subtiliter crenato-striata; interstitiis valde deplanatis, punctatissimis; humeris, utura, et margine apicali rufis. Corpus subtus cum pedibus nigrum, obsolete punctatum, flavo-pilosum; tarsis rufis.

Var. β. Elytris totis nigris, tarsis nonnihil pallidioribus.

237. Aphodius *deplanatus* Mannerheim.

Brevis, niger, depressus; clypeo magno, mutico, apice rotundato; thorace breviori, antice subsinuato; elytris punctato-striatis, pone medium luridis.

Longit. 3 $\frac{1}{2}$ lin. Lat. 1 $\frac{3}{4}$ lin.

Statura et magnitudo fere præcedentis, tamen forma clypei præcipue differt; etiamque quandam similitudinem cum *Aphodio melanario* Germ. habeat, sed ab illo iterum clypeo mutico evidenter diversus.

Clypeus latus, antice circulariter rotundatus, margine incrassatus; supra lævis intra apicem modo punctulatus, carinula abbreviata apicali, et linea angustissima subsemicirculari in summo vertice tenue impressa. Thorax brevis, longitudine dimidio latior, niger, crebre tamen obsolete punctatus, basi apiceque leviter bi-sinuatus; lateribus reflexis, anterius rotundatis; supra modice convexus. Scutellum minutum, punctatum, niger; postice piceum. Elytra thorace vix angustiora, parum elongata, apice obtuse rotundata; convexa, disco subdepressa, sat profunde punctato-striata, interstitiis subelevatis, nitidis, obsoletissime sparsim punctulatis; piceo-nigra, lateribus pone medium et apice lurido-testacea. Corpus subtus nigrum, subtiliter coriaceum, testaceo-pilosum. Pedes picei, punctulati, rufo-ciliati; tarsis rufo-ferrugineis.

238. Aphodius *Suarius* mihi.

Elongatus, piceus, nitidus ; clypeo emarginato ; thorace subquadrato, parce punctato ; elytris profunde crenulato-striatis pedibusque castaneis.

Longit. 3 lin. Lat. 1 $\frac{1}{3}$ lin.

Statura et fere magnitudine *Aphodio rufescenti* Fabr. affinis, paullo tamen major ; præsertim latior.

Clypeus parum obtuse angulatus, piceus, apice emarginatus, margine præcipue antice reflexus, nonnihil pallidior ; linea verticali, transversali, vix elevata ; undique crebre sed obsolete eroso-punctatus. Antennæ testaceæ. Thorax fere quadratus, nonnihil convexus, piceus, nitidus ; punctis vage impressus ; margine pallidiori, basi apiceque truncatus, angulis posticis cum lateribus rotundatis, apicis vix productis, obtusiusculis. Scutellum parvum, tenue punctatum, piceum. Elytra latitudine thoracis, brevia, castanea, valde convexa, disco subdepressa, apice acute rotundata, profundius crenato-striata, interstitiis nonnihil elevatis, lævissimis, impunctatis, lateribus pallidioribus. Pectus piceo-nigrum, obsolete punctatum, nitidum, abdomen luridum, testaceo-pilosum, coriaceum ; pedibus totis castaneis, nitidis, parce setosis.

239. Aphodius *caspius* Ménétriés.

Niger; capite tri-tuberculato, thoracis margine laterali rufo-maculato; elytris fusco-lividis, rude punctato-striatis, plaga magna elongata obscura utrinque.

Longit. 3 lin. Lat. $1\frac{1}{2}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 161. n. 747.

Colore et magnitudine *Aphodio conspecto* Fabr. simillimus, abunde tamen differt; corpore plerumque magis elongato, multo convexiori, et elytrorum sculptura plane diversa.

Clypeus niger, transversus, apice truncatus, tenuiter emarginatus, reflexus; supra crebre eroso punctatus; vertice tuberculis tribus, valde elevatis, nitidioribus; lateribus pone oculos rufo-ciliatis. Thorax longitudine paullo latior, subquadratus; basi bi-sinuatus, lateribus subrectis, posticeque levissime reflexus; supra valde convexus, nitidus, niger, confertim punctatus, macula parva, fere tota detrita rufa marginali utrinque. Scutellum triangulare, obsolete punctatum, nitidum. Elytra valde elongata, basi thoracis vix angustiora, in medio subtiliter dilatata, apicem versus nonnihil angustata, apice ipso rotundata; supra valde convexa, livida, nitida; profunde et grosse punctato-striata; interstitiis convexis, subtilissime ruguloso-punctatis; plaga magna, elongata, fusca, ab humero apicem versus obliqua in elytro singulo utrinque. Corpus subtus nigrum, coriaceum, pilis longis, flavis, parce obsitum. Pedes picei, luridi; tarsis ferrugineis.

240. APHODIUS *Rapax* MIHI.

Luridus, pubescens; clypeo nigro, angulato, sinuato; thorace sparsim punctato, nigro, lateribus testaceis; elytris pedibusque testaceo-luridis.

Longit. $2\frac{2}{3}$ lin. Lat. $1\frac{1}{3}$ lin.

Statura et colore omnino *Aphodio pubescenti* ZIEGLER propinquus, fere dimidio tamen major, et illo clypeo haud punctato nec non elytrorum interstitiis tenue transversim rugulosis distinctus videtur; secundum observationem ill. Comitis MANNERHEIM.

Clypeus magnus, subquadratus, totus niger, ad oculos rectangulatus, apice truncatus, tenue sinuatus, subtilissime marginatus; supra fera planus, lævissimus, haud punctatus, nitidus; fronte in medio vix elevata. Thorax modice convexus, basi rotundatus, immarginatus, lateribus tenue reflexus, subrotundatus; apice truncatus, ibique angulis vix prominulis obtusis; disco lævi, impunctato; basi modo paullo, latera crebrius punctatus; lateribus testaceis. Scutellum nigrum, nitidum; basi eroso-punctatum. Elytra angustata, nonnihil lineari-elongata, apice attenuata; supra modice convexa, testacea, parum infuscata, punctato-striata; interstitiis tenue rugulosis, vage punctulatis; his sutura tota fusca; pube testacea, brevissima sat dense obtecta. Corpus subtus luridus; abdomine sat dense testaceo-piloso; ano rufo; pedibus testaceo-luridis, subpilosis.

241. Aphodius *equinus* mihi.

Niger, lucidus; clypeo tenuiter emarginato, vertice vix tuberculato; lateribus thoracis vage punctatis; elytris rufis, subcrenulato-striatis, interstitiis lævissimis; pedibus rufis

Longit. $3\frac{1}{2}$ lin. Lat. $1\frac{1}{3}$ lin.

Statura et magnitudine cum *Aphodio depresso* Fabr. similitudinem habet, tamen plerumque magis angustatus, multo lævior et elytrorum interstitiis impunctatis.

Clypeus transversus, apice truncatus, vix emarginatus, lateribus obtuse angulatus, niger, nitidus, margine æqualiter reflexus; supra ubique sed leviter coriaceus; tuberculo obsolete verticali, et linea transversali summo vertice tenuissima, impressa. Thorax valde convexus, totus niger, lucidus; basi bi-sinuatus, immarginatus, lobo medii producto, rotundato; lateribus rotundatus subtiliter reflexus; apice late sed haud profunde emarginatus, ibique angulis productis, subacuminatis; disco lævissimo, impunctato, intra basin modo te nueet ad latera crebrius punctatus. Scutellum latum, subcordatum, nigrum, obsolete punctatum. Elytra basi thoracis latitudine, medium versus nonnihil ampliata; apice obtuse rotundata, lateribus declivia; supra subdepressa, rufa, sutura et margine laterali ante apicem vix infuscata; tenuissime crenato-striata; interstitiis planis, lævissimis, lucidis; latere subtilissime vage punctulatis. Corpus subtus nigrum, obsolete tamen crebre punctatum; abdomine breviter pilosum. Pedes nitidissimi, rufi; setulis rufis nonnullis adspersis.

242. Aphodius *Bubulcus* mihi.

Latus, subopacus; clypeo crebre exarato-punctato, tenuiter tri-tuberculato; thorace confertissime punctato; elytris rufis punctatissimis, sutura fusca.

Longit. $3\frac{1}{3}$ lin. Lat. 2 lin.

Statura brevis, lata, et præcedenti magnitudine coloreque parum affinis.

Clypeus latus, apice truncatus, sub-bi-lobus, angulis lateralibus valde productis, acutis; supra inæqualis, creberrime exarato-punctatus, obsolete tri-tuberculatus; summo vertice læviori, nitido. Thorax valde convexus, undique confertissime punctatus; basi tenue bi-sinuatus, subtiliter reflexus; lateribus rotundatus, angustissime marginatus; angulis anticis parum productis; lateribus dilute rufis; disco pone medium tenue carinato. Scutellum subcordatum, rude et crebre punctatum. Elytra valde convexa, parum elongata, rufa, opaca; sutura fusca; tenuissime punctato-striata, interstitiis valde deplanatis, creberrime sed minutissime strigoso-punctatis; pube brevissima parce obtecta. Corpus subtus nigrum, subnitidum, coriaceum, tenue pilosum. Pedes picei, pubescentes; tarsis ferrugineis.

Var. β. Clypeo fortius eroso-punctato, thorace toto nigro, profundius punctato; elytris brevioribus, et lateribus dilute fusco-maculatis. Corpus subtus densius flavo-pilosum.

Forte nova species.

243. Aphodius *suturalis* mihi.

Valde angustatus, nitidus; clypeo nigro, apice exacte truncato, bi-lobato, vertice tuberculato; thoracis lateribus pedibusque ferrugineis; elytris brunneis, sutura lateribusque piceis.

Longit. $2\frac{1}{4}$ lin. Lat. $1\frac{1}{6}$ lin.

Statura et magnitudine quodammodo *Aphodii bi-maculati*, Fabr.

Clypeus niger, subnitidus, exarato-punctatus, apice exacte truncatus, bi-lobus, supra convexus, obsolete tri-tuberculatus; summo vertice læviori. Thorax magnus, valde convexus, lateribus valde dilatatis, declivis; basi rotundatus, angustissime marginatus; niger, punctis nonnullis vage dispersis impressus, macula rufa juxta marginem laterali; disco læviori, carinaque longitudinali obsoletissima. Scutellum parvum, nigrum, postice rotundatum, supra ad basin tenue impressum, nitidum. Elytra thorace vix dimidio angustiora, lineari-elongata, apice rotundata; subcylindrica, rufo-brunnea, plaga suturali, elongata, juxta scutellum dilatata, et altera breviore laterali utrinque picea; tenuissime punctato-striata, interstitiis convexis, lævissimis, impunctatis, nitidis. Corpus subtus nigrum; pedibus ferrugineis, femoribus anticis dilutioribus.

244. APHODIUS *elongatus* MÉNÉTRIÉS.

Piceus, clypeo eroso-punctato, apice sinuato, subcarinato, margine ferrugineo; thorace vage punctato, macula laterali; elytris, pedibusque ferrugineis.

Longit. 2 ¼ lin. Lat. 1 lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 182. n. 784.

Magnitudine et colore præcedenti subsimilis, tamen plerumque magis angustatus, sed haud brevior.

Clypeus angulatus, apice truncatus, sinuatus, tenuissime reflexus, piceo-niger, margine undique ferrugineus; supra inæqualis, creberrime eroso-punctatus; vertice obsolete trituberculato; fronte subtiliter carinata. Thorax convexus, piceoniger, subtiliter vage punctatus; basi obtuse rotundatus, lateribus valde declivibus, macula ferruginea laterali utrinque. Scutellum cordatum, parvum, lævigatum, nigrum. Elytra thorace parum angustiora, subcylindrica, lineari-elongata, apice obtuse rotundata; tenue punctato-striata, ferruginea, nitida, interstitiis lævibus, parum elevatis, haud punctatis. Corpus subtus piceum, coriaceum; abdomine griseo-pubescente. Pedes ferruginei; femoribus crassioribus, nitidissimis, tarsis infuscatis.

245. Trox *asiaticus* mihi. Tab. VII. f. 7.

Elongatus, griseo-tomentosus, opacus; thorace valde inæquali, rude punctato; elytris fornicatis, subsetosis, tuberculis rotundatis, nitidis, sat elevatis, seriebus quatuor in singulo.

Longit. 4 lin. Lat. 2½ lin.

Statura et magnitudine quodammodo *Trogis perlati* Sturm, tamen paullo angustior.

Clypeus triangularis, retractus, deflexus, apice acuminatus, niger, opacus; supra valde depressus, inæqualis, confertissime ruguloso-punctatus; inæqualiter griseo-tomentoso-obtectus, lateribus et subtus dense rufo-pilosis. Thorax brevissimus, latitudine triplo fere brevior; basi rotundatus, lobo producto supra scutellum tenue emarginatus, angulis fere rectis, acutis; lateribus sublinearibus, anterius vix angustatus; apice late et profunde emarginatus, ibique angulis valde productis, acuminatis; supra fornicatus, valde inæqualis, latere explanatus, undique crebre et grosse punctatus, niger, opacus, dense sed inæqualiter griseo-tomentosus; margine undique rufo-ciliatus. Scutellum subtriangulare, postice rotundatum, nigrum, opacum. Elytra basi thoracis parum latiora, sed illo quintuplo longiora; posterius tenue sensim dilatata, apice obtuse rotundata; lateribus sublinearia, rufo-ciliata; supra fornicata, scabra, tuberculis rotundatis inæqualibus, nitidis, aterrimis elevatis, seriebus longitudinalibuss quatuor dispositis in singulo; sat dense griseo-tomentosa, et parce flavo-setosa, latere profunde sulcata. Corpus subtus griseo-nigrum, opacum, coriaceum. Pedes scabri, nigro-grisei; tibiis tarsisque rufo-setosis.

246. Geotrupes *inermis* Ménétriés.

Totus niger, subopacus; clypeo inermi, triangulari, crebre rugoso; thorace confertim punctato; elytris valde fornicatis, vix lineatis, strigosis, pone humeros valde impressis.

Longit. 9 lin. Lat. $5\frac{3}{4}$ lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 183. n. 790.

Statura et magnitudine *Geotrupedis Momi* Fabr. cui valde assimilis, sed forma thoracis valde differt.

Clypeus triangularis, apice obtuse rotundatus, tenue reflexus, niger, opacus; supra deplanatus, creberrime rugosus; fronte subtiliter elevata; vertice linea triangulari, subsinuata impresso; latera ante oculos in lobum obtusum, rotundatum producta. Thorax transversus, longitudine duplo latior; anterius angustatus, basi truncatus, in medio nonnihil productus; angulis rotundatis; lateribus dilatatus, rotundatus, valde reflexus; apice late sed haud profunde emarginatus, margine vix incrassatus, ibique angulis parum productis, obtusis; supra æqualiter convexus, vel gibbus, subopacus, confertissime rude punctatus, latere valde rugosus, fovea rotundata sat profunda in medio utrinque. Scutellum latum, triangulare, obsoletissime rugosum. Elytra gibba, subopaca, postice valde retusa, declivia; basi depressa, obsoletissime lineata, et rugulis detritis dense obtecta; pone humerum profunde excavata, fortius rugosa. Corpus subtus coriaceum, subnitidum, sat dense nigro-pilosum. Pedes validi, crebre rugoso-punctati, pilis longis, rigidis, nigris, sat dense obsiti; tibiis omnibus multo-denticulatis,

247. Geotrupes *inæqualis* mihi.

Angustatus, niger, subviolaceo-micans, subnitidus; clypeo circulatim rotundato, obsolete cornuto; thorace transverso, lævissimo; elytris angustatis, obsoletissime sulcatis.

Longit. $7\frac{1}{4}$—$8\frac{1}{2}$ lin. Lat. $3\frac{3}{4}$—$4\frac{3}{4}$ lin.

Statura et magnitudine *Geotrupedi sylvatico* parum propinquat, sed major, magis rotundatus, et thorace haud punctato bene distinctus.

Clypeus apice semicirculariter rotundatus, lateribus elevatus, lobis lateribus valde productis, rotundatis; supra crebre rugoso-punctatus, anterius excavatus, vertice tuberculo longitudinali, obsoleto; summo vertice tenue oblique carinato, niger, opacus, vix violaceus. Antennæ piceæ. Thorax transversus longitudine plusquam duplo latior, modice æqualiter convexus, lateribus declivis; basi exacte truncatus, crenulato-marginatus; lateribus rotundatus, reflexus; supra lævissimus, impunctatus, subnitidus, niger, margine violaceus; latera subcarinata, nonnihil rugulosa, et foveola plana utrinque. Scutellum latum, subtriangulare, tenue depressum, nigrum, obsoletissime strigosum. Elytra basi thoracis multo angustiora, lineari-elongata, apice rotundata; supra convexa, nigra, subnitida, subtiliter violaceo-micantia, obsoletissime sulcata, interstitiis detrite strigosis, lateribus reflexa, et magis violaceo-viridi-colorata. Corpus subtus crebre exarato-punctatum, purpureo-viride, nitidum, parce pilosum. Pedes violacei, nitidi, sparsim pilosi; tarsis piceis.

Var. β. Angustior, disco thoracis tenuiter canaliculato.

248. Geotrupes *molestus* mihi.

Ovatus, nigro-violaceus, nitidus; clypeo obsolete tuberculato; thorace brevissimo, læviori, lateribus apiceque subtiliter punctulato; elytris vix sulcatis.

Longit. 8 lin. Lat. 5 lin.

Statura omnino *Geotrupedis sylvatici* sed multo major, nec non brevior, et thoracis disco impunctato præcipue differt.

Clypeus apice rotundatus, æqualiter undique marginatus, reflexus; supra excavatus, confertissime eroso-punctatus, obsolete tuberculatus, vertice linea obliqua, detrita impressa. Thorax brevissimus, valde convexus, lævis, nitidus, niger, margine violaceus; basi truncatus, tenue bi-sinuatus, crenulato-marginatus; lateribus reflexus, rotundatus; apice late sed minus profunde emarginatus, margine retuso; disco lævissimo; intra apicem et latere subtiliter punctulatus. Scutellum latum, apice vix acuminatum, supra læve, impunctatum. Elytra latitudine thoracis, posterius parum angustata; lateribus pone humerum valde reflexa; supra admodum convexa, nigra, subviolacea, nitida, obsoletissime sulcata, interstitiis sublævibus, vel subtilissime strigosis. Corpus subtus purpureo-violaceum, rude punctatum; pilis rigidis, nigris, parce obsitum. Pedes crebre sed obsolete punctati, violaceo-purpurei.

249. GEOTRUPES *micanticollis* MIHI.

Parvus sublineari-elongatus ; thorace lato , lucido , subtiliter punctato ; elytris angustatis , obsolete striatis , tenue transversim rugulosis ; tarsis ferrugineis.

Longit. $5\frac{1}{2}$ lin. Lat. $3\frac{2}{3}$ lin.

Statura et magnitudine *Geotrupedi splendido* KNOCH, ex America bor. consimilis ; tamen multo lævior, et magis angustatus.

Clypeus antice rotundatus, supra explanatus, tuberculo verticali sat elevato ; crebre sed obsolete rugoso-punctatus ; linea obliqua tenuissima vix impressa ; summo vertice lævi, lucido. Thorax latus , valde convexus , lucidus , violaceo - purpureus, micans ; punctis majoribus nonnullis dispersis impressus ; foveola in disco paullo pone medium ; basi exacte truncatus, undique marginatus. Scutellum magnum, postice subrotundatum, basi leviter depressum, læve, violaceum. Elytra thorace angustiora , lineari-elongata , violacea , nitida , obsolete striata ; interstitiis deplanatis , subtilissime sed crebre transversim rugulosis. Corpus subtus cum pedibus purpureo-violaceum, parce pilosum ; tarsis ferrugineis.

250. SCARABÆUS *Caminarius* MIHI. Tab. VII. f. 10.

Oblongo-ovatus, valde incrassatus, supra opacus, aterrimus ; clypeo triangulari , mutico , apice subemarginato ; thorace æqualiter convexo, punctatissimo; elytris fornicatis, sparsim punctatis.

Longit. 10 lin. Lat. 6 lin.

Magnitudine et fere statura *Scarabæo bidenti* PALL. pro-

pinquus, sed multo convexior, vel magis cylindricus, et paullo brevior.

Inter *Sc. bidentem* Pall. et *Sc. monodontem* Fabr. locum tenet.

Clypeus triangularis, muticus, anterius subattenuatus, apice ipso, in medio subreflexus, rotundatus, tenuiter emarginatus; supra subdepressus, creberrime et profunde rugosus; angulis lateralibus valde prominentibus, obtusis; vertice linea paullo ante oculos transversa, parum elevata. Antennis palpisque ferrugineis; ore fulvo-piloso. Thorax latitudine dimidio brevior; basi obtuse rotundatus, subtrisinuatus, tenue retusus, angulis rotundatis; lateribus pone medium dilatatus, rotundatus, anterius oblique angustatus, subtiliter marginatus; apice late sed minus profunde emarginatus, margine flavo-fimbriatus, ibique angulis sat productis, acuminatus; supra undique æqualiter convexus, punctis majoribus, profundioribusque dense impressus; foveola plana rotundata in medio disci paullo pone medium. Scutellum magnum, triangulare; lævissimum, planum. Elytra elongata, basi thorace parum latiora, dein nonnihil dilatata, apicem versus iterum angustata, apice truncata; supra fornicata, aterrima, tota opaca, punctis grossis irregulariter dispersis impressa, et lineis obliquis nonnullis, obsoletissimis signata. Corpus subtus piceo-nigrum, incrassatum, punctatum, nitidum; pilis rigidis, et setulis prostratis, rufis parce obsitum. Pygidium productum, confertissime rugoso-punctatum. Pedes validi, piceo-nigri, parce punctati, rufo-setosi, lucidi; tarsis ferrugineis.

251. Trigonostoma *discolor* mihi. Tab. VII. f. 11.

Elongato-ovatus, subcylindricus, ferrugineo-luridus; parce cano pubescens; thorace brevissimo, ferrugineo, dilute nigro-maculato; elytris femoribusque testaceo-luridis.

Longit. 6 $\frac{1}{2}$ lin. Lat. 3 $\frac{1}{3}$ lin.

Statura *Geniati nigrifronti* Steven confinis, sed duplo fere major, præsertim latior.

Caput magnum; modice convexum, ferrugineum, sat crebre punctulatum, vertice læviori; linea transversa, nigra ante oculos, et altera obsoletior summo vertice; clypeo semicirculari, rude punctato, paullo pallidiori; tenuissime pubescenti, margine nigro. Antennæ testaceæ. Thorax brevissimus, latitudine quadruplo fere brevior, basi truncatus, angulis obtusis; lateribus acute rotundatus, fere angulatus; apice tenuiter late emarginatus, ibique valde productis, acutis, undique anguste marginatus; supra convexus, rufo-ferrugineus, dilute nigro-variegatus, confertissime punctatus, glaber, nitidus; marginibus tenue cano-pubescentibus; linea obsoletissima longitudinali in medio disci. Scutellum subtriangulare, rude at confertissime punctatum, testaceum. Elytra valde elongata, lurido-testacea, basi thoracis paullo latiora, in medio nonnihil dilatata, apice rotundata, vix dehiscentia; supra valde convexa, potius cylindrica, obsolete sed crebre rugoso-punctata, et lineis aliquot obsolete elevatis, basi interiori circum scutellum et suturam parum obscuriora, pube grisea parce vestita. Corpus subtus ferrugineum, coriaceum, parce griseo-pilosum; segmentorum marginibus pallidioribus, densius pilosis. Pygidium transversum, testaceum,

pilis brevibus prostratis leviter obsitum. Pedes validi, rude punctati, femoribus testaceis; tibiis ferrugineis, parum nigro-marginatis; tarsis quatuor anterioribus brunneis; posticis piceo-ferrugineus.

252. ANISOPLIA *signata* MIHI. Tab. VIII. f. 1.

Ovata, pallido-villosa; thorace obscure viridi-æneo, elytris macula quadrata scutellari, fascia brevissima obliqua in medio marginibusque nigris.

Longit. 4 ½ lin. Lat. 2 ½ lin.

Magnitudine *Anisopliæ horticolæ* FABR. tamen plerum magis quadrata.

Caput viridi-æneum, grosse punctatum, nitidum, tenue convexum, inter oculos deplanatum, linea transversa leviter impressa; clypeo valde attenuato, apice admodum elevato, reflexo, obscuriori. Antennæ piceæ. Thorax subquadratus, modice convexus, rude punctatus, nitidus, sat dense pallido-villosus, uti caput olivaceo-æneus, lateribus ante medium, nonnihil dilatatus, posterius parum sinuatus. Scutellum breve, semicirculare, postice tenue productum; basi profunde depressum, coriaceum, viridi-æneum. Elytra testacea, parum angustata, posterius sensim attenuata, apice singulatim rotundata; supra parum convexa, disco depressa, obsolete sulcata, undique sat crebre rugoso-punctata, macula lata quadrata circum scutellum, marginibus, et sutura angustissime nigra; fasciis duabus obliquis angustis, a margine exeuntibus, suturam vero haud attingentibus nigro-brunneis, undique pallido-villosa.

Corpus subtus, pygidioque coriaceum, densius villosum, obscure viridi-æneum. Pedes validi, elongati, picei, sat dense villosi, rude punctati.

Var. β. Paullo major, supra undique plerumque magis glabrata; disco thoracis leviter canaliculato; elytrorum fasciis detritis; corpore subtus densius villoso.

253. Anisoplia *campicola* Eschscholtz. Tab. VIII. f. 2.

Oblongo-ovata, tota nigra; clypeo bi-foveolato, elytris striatis, vel obsoletissime sulcatis, lateribus pone humeros profunde carinatis.

Longit. $4\frac{1}{3}$ lin. Lat. $2\frac{2}{3}$ lin.

Magnitudine, statura et colore *Anisopliæ Zwickii* Fischer, et meo judicio modo varietas paullo minor, sublævior, et parum convexior; elytris minus profunde striatis.

Caput creberrime et profunde eroso-punctatum; fronte bifoveolata; clypeo apice rotundato, valde elevato, reflexo. Antennæ nigræ. Thorax subquadratus, sat crebre rugoso-punctatus; disco tenue canaliculato; foveola parva in medio disci utrinque, leviter pallido-pubescens. Scutellum breve, semicirculare, a medio versus basin transversim valde impressum. Elytra in medio parum dilatata, posterius angustata, apice rotundata, retusa; obsoletissime sulcata, crebre rugoso-punctata; callis humeralibus valde productis; pone humeros profunde carinata; tenue pubescentia. Corpus subtus cum pedibus piceo-nigrum, sat dense pallido-villosum; tarsis ferrugineis.

254. ANISOPLIA *villosa* BESSER.

Elongato-ovata, tota nigra, subnitida, dense cano-villosa; thorace anterius magis attenuato; elytris confertim sulcatis, disco transversim valde depressis.

Longit. 4 $\frac{2}{3}$ lin. Lat. 2 $\frac{1}{4}$ lin.

Præcedenti subsimilis, sed major, præsertim angustior, antice et postice plerumque magis attenuata.

Caput latum subconvexum, crebre sed obsolete punctatum, summo vertice subtuberculatum; clypeo sat attenuato, valde elevato, truncato. Antennæ nigræ. Thorax subquadratus, anterius attenuatus, longitudine vix latior; supra modice convexus, inæqualis, lateribus subrotundatus, undique rude et crebre punctatus, dense cano-villosus. Scutellum glabrum, nitidum. Elytra thorace duplo fere latiora, in medio ampliata, apice obtuse rotundata, callo humerali et apicali sat producto; convexa, confertim sulcata, lateribus tenue carinata, rugoso-punctata, nitida, dense cano-villosa, medio disci transversim sat depressa. Corpus subtus valde productum, coriaceum, densissime villosum. Pedes rude punctati, nitidi, validi, piceo-nigri; tarsis ferrugineis.

255. MELOLONTHA *Aceris* ZIEGLER.

Oblongo-ovata, piceo-rufa, cinereo-sericea; thorace fusco-nigricante; elytris fuscis, ad humeros nigricantibus, abdomine nigro; pedibus rufis.

Longit. 9 $\frac{1}{4}$ lin. Lat. 5 lin.

Statura brevis, posterius dilatata, magnitudine *Melolonthæ*

Hippocastani Fabr. fere æquat, sed brevior, et præsertim crassior.

Clypeus quadratus, apice exacte truncatus, tenue emarginatus, margine antice leviter reflexus; supra deplanatus, anterius excavatus, crebre eroso-punctatus; vertice nigro, antice fusco; setulis prostratis cinereis, et pilis flavis immixtis obsitus. Antennæ lucidæ, piceæ; lamellis fusco-nigris. Thorax brevis, transversus, nonnihil depressus, creberrime rugoso-punctatus, substrigosus, fusco-nigricans; lateribus rotundatis, parum explanatis, pallidioribus; margine vix crenulatus; disco depresso tenue carinato; basi sat profunde bisinuatus, ibique angulis valde prominulis, acuminatis; setulis cinereis prostratis, et pilis nonnullis vestitus. Scutellum latum; postice semicirculariter rotundatum; supra planum, piceo-rufum, glabrum, subtiliter punctulatum. Elytra basi thoracis latitudine, dein posterius sensim dilatata, pone medium nonnihil angustata, apice truncata, disco depressa, lateribus declivia, fusca, sutura et margine pone humerum nigra; lineis quatuor, parum elevatis, nitidis in singulo; sutura vix elevata; setulis cinereis condensatis densius obtecta. Pygidium sat productum, apice subacuminatum, confertissime sed minute punctulatum, sat dense griseo-pubescens. Pectus flavo-villosissimum; ventre nigro densius cinereo-sericeo; pilis obliquis, prolixis, nonnullis obsito; segmentorum lateribus maculis triangularibus, candidis ornatis; ano rufo. Pedes mediocres, sat dense griseo-pilosi; femoribus castaneis; tibiis, tarsisque piceo-nigris.

TANYPROCTUS.

Genus novum.

CHARACTER GENERIS.

Labium angustum, coriaceum, sat profunde emarginatum.

Maxillæ breves, apice dentatæ, dentibus obtusiusculis.

Mandibulæ valde incrassatæ, corneæ, arcuatæ.

Palpi quatuor inæquales, subclavati; articulis ultimis elongato-ovatis.

Antennæ quinque-lamellatæ; lamellis angustatis, subarcuatis.

Clypeus antrorsum parum angustatus, margine valde elevatus, utrinque acute angulatus, apice rotundatus, subemarginatus.

Corpus oblongum, subcylindricum, postice valde incrassatum; abdomine anoque producto.

Pedes breves; femora subovata, incrassata, valde compressa; *Tibiæ* quatuor posteriores subtriangulares, extrorsum admodum dilatatæ, in medio constrictæ; anticæ tridentatæ; *Tarsi* graciles, elongati; *Unguiculi* introrsum longe spinosi.

A *Τανύω* extendo et *Πρωκτος* anus.

Observatio. Inter *Melolontham* et *Scarabæum* ponendum est.

256. Tanyproctus *carbonarius* mihi. Tab. VIII. f. 3.

Oblongus, piceo-niger, subnitidus; antennarum lamellis ferrugineis; elytris dehiscentibus, obsolete striatis; corpore subtus dense ferrugineo-villoso.

Longit. $5\frac{1}{3}$—7 lin. Lat. $3\frac{1}{3}$—$4\frac{1}{6}$ lin.

Statura quodammodo *Scarabœi punctati* Fab. sed minor, abdomineque plerumque magis producto.

Caput confertissime rugoso-punctatum, vertice nonnihil convexum; clypeo excavato, margine valde reflexo. Antennæ ferrugineæ, nitidæ, lamellis paullo pallidioribus. Thorax transversus, longitudine duplo fere latior; basi rotundatus, subbisinuatus, angulis obtusis; lateribus rotundatus, in medio subangulatus; apice late sed haud profunde emarginatus, nonnihil bisinuatus, ibique angulis productis, acutis; undique tenuissime marginatus; supra modice convexus, piceo-niger, vage punctatus, subnitidus; disco longitudinaliter tenue canaliculato; macula dilute rufa in latere utroque. Scutellum subcordatum, postice rotundatum, supra tenue depressum, ferrugineum. Elytra thorace latiora, dein dilatata, pone medium sat attenuata, apice rotundata, dehiscentia, abdomine breviora et angustiora; supra fornicata, piceo-nigra, obsolete lineata, ubique vage punctata; sutura lata nonnihil incrassata. Corpus subtus nigrum, obsolete coriaceum; pectore densissime ferrugineo-villosum; pygidio rotundato, parum elongato, modice convexo, tenuiter punctulato, foveis duabus brunneis utrinque impresso. Pedes breves, picei, incrassati, rude punctati, parce sed longe ferrugineo-pilosi; tarsis brunneis.

257. Tanyproctus *persicus* mihi. Tab. VIII. f. 4.

Totus piceo-ater, sublineari-elongatus, cylindricus; elytris pone medium valde attenuatis; corpore subtus dense pallido-piloso.

Longit. 4 ½—6 lin. Lat. 2 ⅓—3 ¼ lin.

Præcedente paullo minor, præsertim magis cylindricus, thorace convexiori, abdomineque magis producto.

Caput deplanatum, crebre rugoso-punctatum; clypeo apice valde elevato, vix pallidiori. Antennæ piceæ, subpilosæ; lamellis nigris. Thorax subglobosus, lateribus rotundatis, tenue reflexis; supra grosse sed vage punctatus; carinula abbreviata in medio disci longitudinaliter tenue impressa, posterius linea lævigata, angustata. Scutellum postice semicirculariter rotundatum, punctis aliquot minutis impressum; basi in medio subdivisum. Elytra abdomine breviora et angustiora, pone medium admodum attenuata, apice rotundata haud dehiscentia; vage sed rude undique æqualiter punctata, obsolete striata. Corpus subtus dense et longe pallido-pilosum; abdomine cum ano valde producto; pygidio ut in priori, paullo tamen magis elongato. Pedes picei, lucidi, pilis pallidis et setis ferrugineis longis parce obsiti.

Var. β. Clypeo magis angustato; antennis totis brunneis; macula laterali thoracis, sutura et callo humerali elytrorum, tarsisque rufis.

Var. γ. Duplo fere minor, antennarum lamellis nigris; elytris ferrugineis.

Var. δ. Statura et magnitudine præcedentis sed pallidior; pedibus totis brunneis, et segmentorum lateribus flavis.

Var. ε. Adhuc multo minor, piceo-nigro, clypeo obtusiori, corpore subtus minus villoso.

258. Ancyclonycha *rustica* mihi. Tab. VIII. f. 5.

Testaceo-rufa, subcylindrica; clypeo antice valde reflexo, truncato, emarginato; thorace parum, pectore densissime flavo-villoso; pygidio profunde bifoveolato; abdomine fusco-maculato.

Longit. $8\frac{1}{2}$ lin. Lat. $4\frac{2}{3}$ lin.

Statura *Melolonthæ Vulpinæ* Stev. eoque valde affinis, sed paullo major, elytrisque postice magis dilatatis, ut et colore, acque ac villositate satis distincta.

Clypeus quadratus, ferrugineus, opacus, apice valde reflexus, truncatus, subemarginatus, margine ipso nigro; supra deplanatus, creberrime rugoso-punctatus, pilis longissimis, flavis, dense obsitus. Antennæ rufo-testaceæ, nitidæ, tri-lamellatæ; lamellis pallidioribus. Thorax brevis, rufus, subnitidus, supra valde convexus, crebre et rude punctatus, villosissimus; foveola plana, parva in medio disci, et altera in latere utroque nigra; lateribus rotundatis, subangulatis; apice truncatus; basi tenue bisinuatus, undique tenuissime crenulato-marginatus. Scutellum rufum, grosse punctatum, planum, nigro-marginatum, glabrum; basi pilis longissimis, prostratis, flavis, sat dense obtectum. Elytra basi thoracis latitudine, dein parum dilatata, in medio leviter sinuata, posterius sensim attenuata, apice truncata, nonnihil dehiscentia; supra admodum convexa, vel cy-

lyndrica, testaceo-rufa, crebre et rude punctata, obsolete striata, nitida; sutura posterius sensim sensimque incrassata; basi pilis longis, flavis, nonnullis; posterius pube brevissima testacea parce obtecta. Pectus flavo-villosissimum; abdomen fulvum, fusco-maculatum, obsolete punctatum, pilis brevioribus subprostratis parce vestitum; pygidium profunde bifoveolatum, fusco-maculatum. Pedes flavo-ferruginei; tibiis anticis extus genubus omnibus subtiliter nigricantibus, parum pilosis; tarsis longissimis, gracilibus.

259. Rhisotrogus *caspius* Mannerheim.

Ferrugineus, pallide villosus, clypeo apice profunde excavato, supra bicarinato; antennis pedibusque flavo-testaceis; elytris testaceo-luridis, elevato-lineatis, rugoso-punctatis.

Ménétriés, Catalogue, p. 184. n. 801. *Melolontha caspia.*

Magnitudine et colore *Melolonthæ solstitiali* Fabr. simillima, tamen brevior, et nonnihil convexior.

Clypeus quadratus, ferrugineus, obsolete punctatus, tenue emarginatus, supra excavatus; vertice convexus, transversim bicarinatus, linea in medio magis elevata, fusca; margine antico nigro. Antennæ totæ pallido-testaceæ, nitidæ, glabræ. Thorax transversus, longitudine duplo fere latior; basi rotundatus, angulis obtusis; lateribus in medio dilatatis subangulatis; antice truncatus, ubique subtiliter marginatus; supra æqualiter convexus, confertissime sed minute punctulatus, ferrugineus, lateribus testaceus; foveola parva laterali utrinque, un-

dique flavo-villosus. Scutellum luridum, postice rotundatum, subcoriaceum, margine nigrum. Elytra basi thoracis vix angustiora, medium versus dilatata, intra apicem nonnihil attenuata; apice ipso truncata, subrotundata; supra in disco depressa, lateribus deflexa, lineis aliquot parum elevatis, ubique sat crebre inæqualiter rugoso-punctata, subpilosa, testaceo-lurida; sutura parum infuscata. Corpus subtus incrassatum, dense flavo-pilosum, ferrugineum, obsolete coriaceum; pygidio subtriangulari, minute granulato, testaceo, margine ferrugineo. Pedes graciles, flavo-testacei, setulis rufis, et pilis flavis nonnullis obsiti; tibiis anticis extus nigris; tarsis subferrugineis.

260. Rhisotrogus *subsulcatus* mihi.

Angustatus, subcylindricus, testaceo-luridus, villosissimus; elytris lineari-elongatis, costis tribus valde elevatis; interstitiis sublævibus, nitidis.

Longit. $7\frac{1}{4}$ lin. Lat. $3\frac{1}{3}$ lin.

Præcedenti subsimilis, etiamque statura et fere colore *Melolonthæ tropicæ* Schönh.; tamen paullo major, pallidior, costis elytrorum plerumque magis elevatis, et ab illa villositate præcipue differt.

Clypeus ferrugineus, crebre exarato-punctatus; apice valde reflexus, margine niger; vertice tenue convexus, undique villosus. Oculis aterrimis. Antennis ferrugineis, subnitidis, glabris. Thorax brevis, latitudine duplo fere brevior; basi rotundatus, lobo medio valde producto, tenuiter utrinque sinuatus, angulis haud productis, obtusis; lateribus in medio valde

dilatatis, rotundatis, anterius angustatis, subtiliter crenulato-marginatis; apice late, tenue emarginatus, ibique angulis vix productis, obtusis, margine anguste nigro-coloratus; supra æqualiter valde convexus, creberrime exarato-punctatus, dense flavo-villosus, ferrugineus, macula testacea in latere utroque; disco lævissimo carinato. Scutellum ferrugineum, tenue depressum, obsolete punctatum, dense villosum. Elytra testaceo-lurida, valde elongata, lineari angustata, subcylindrica, disco tenue depressa, sulcata, subnitida; interstitiis sublævigatis, pilis longis, rufis sat dense obsita. Corpus subtus villosissimum; abdomen ferrugineum, segmentorum lateribus nigricantibus; pygidio subconvexo, tenue granulato; pedibus testaceo-ferrugineis, obsolete punctatis.

261. Rhisotrogus *tataricus*. mihi. Tab. VIII. f. 6.

Cylindricus, rufus; clypeo apice rotundato, integro, vertice magis convexo; thoracis disco impresso, villoso; elytris rugoso-punctatis, subpruinosis, obsolete striatis, abdomine valde incrassato.

Longit. 6½ lin. Lat. 3¾ lin.

Statura, colore, et villositate præcedenti proxime affinis, sed paullo minor, clypeo apice rotundato, integro valde differt.

Caput latum, ferrugineum, vertice valde convexum, eroso-punctatum, flavo-pilosum, clypeo rotundato, haud emarginato, intra apicem profunde excavato, grosse sed minus crebre punctato. Thorax valde convexus, vel gibbus, rude punctatus, rufus, flavo-villosus, disco impressus, macula testacea laterali

utrinque. Scutellum subtiliter punctatum, ferrugineum, villosum. Elytra valde elongata, nonnihil thorace pallidiora, in medio dilatata, apicem versus parum angustata apice paullo dehiscentia, singulatim obtuse rotundata, subcylindrica, dense rugoso-punctata, lineis tribus pallidioribus subelevatis in utroque; sutura incrassata; undique sed tenuissime pubescentia, vix pruinosa. Pectus densissime flavo-villosum; abdomine admodum incrassato, crebre et rude punctato, parce piloso. Pedes graciles, sat dense pilosi.

262. Omaloplia *punctatissima* mihi. Tab. VIII. f. 7.

Ovata, supra picea, nitida, obsoletissime pruinosa; thorace lato, basi utrinque latereque foveolato; elytris valde convexis, sulcatis; interstitiis grosse punctatis.

Longit. $3\frac{1}{2}$ lin. Lat. $2\frac{1}{4}$ lin.

Statura et magnitudine *Omaloplia variabilis* Fabr. sed latior et convexior; thorace clypeoque plerumque magis lævigatis, elytris minus crebre punctatis præcipue differt.

Clypeus planus, anterius attenuatus, apice truncatus, tenue marginatus, reflexus; vertice obsoletissime sed crebre punctato; ante oculos tenue depressus, coriaceus, brunneus. Antennis palpisque testaceis. Thorax transversus, latitudine dimidio brevior; basi truncatus; lateribus rectis, tenue reflexis, apice late sed haud profunde emarginatus, ibique angulis productis, acutis; supra convexus confertim sed minute punctatus, nitidus; foveolis duabus in latere, et altera ad basin explanata utrinque, Scutellum elongatum, triangulare, depressum, rude

punctatum, posterius linea longitudinali, et apice ipso lævigatum. Elytra thorace latiora, posterius dilatata, ante apicem parum angustata, apice ipso truncata; supra valde convexa, vel fornicata vix pruinosa, æqualiter sulcata, costis sat elevatis, rude punctatis, nitidis; margine ante apicem subtiliter utrinque angulata. Corpus subtus coriaceum, pallidius, vage rufo-pilosum, opacum; ano fulvo; pedibus ferrugineis, nitidis, grosse punctatis, nonnihil rufo-pilosis.

PACHYMERUS MIHI.

Genus novum.

CHARACTER GENERIS.

Clypeus elongatus, truncatus, haud emarginatus, antice dilatatus; anguli antici erecti, parum reflexi, acuti, subcornuti; antennarum articulus primus elongatus, apice valde incrassatus; secundus paullo major, brevis, obconicus, cum primo setaceus; subsequentes moniliformes, læves; capitulum ovatum, valde compressum; lamellis subsetaceis.

Thorax valde elongatus, cylindricus.

Elytra late dehiscentia, singulatim attenuata, apice acuminata.

Pedes quatuor postici elongati; femora postica compressa et admodum incrassata; tibiæ posticæ præsertim in mare valde arcuatæ, anticæ vero tri-dentatæ, dentibus longe prominulis, acutis, recurvatis.

A *Παχύς* crassus, et *μηρος* femur.

263. Pachymerus *micans* mihi. Tab. VIII. f. 8.

Elongatus, cylindricus; thorace confertissime punctulato, viridi-æneo, opaco; elytris cinnamomeis, luteo vittatis; abdomine pallido-villosissimo.

Longit. 6 ½ lin. Lat. 3 ⅓ lin.

Statura et magnitudine *Melolonthæ vittatæ* Fabr. — *Scarabæo oxyptero* Pall. Icon. ins. pag. 14. Tab. a. Fig. 14. a, b. proxima; tamen paullo major, præsertim latior.

Caput viridi-æneum, subcupreo-micans, creberrime eroso-punctatum, vertice macula lucida, setulis rigidis, rufo-testaceis inter antennas transversim obsitum; clypeo deplanato, apice incrassato, nigro. Antennæ nigræ; lamellis rufo-maculatis. Thorax basi rotundatus, tenue bisinuatis, angulis obtusis, angustissime marginatus; lateribus sublinearibus, anterius valde deflexus, pone medium marginatis; apice late emarginatus, ibique angulis productis, acutis, tenue testaceo-marginatus; supra fere gibbus, undique creberrime punctulatus; canalicula obsoleta longitudinali in medio disci; saturate viridi-æneus, opacus, vix cupreo-micans; pube brevissima, testacea parce obtectus; subtus rufo-villosus. Scutellum triangulare, viridi-æneum, basi usque medium tenue coriaceum, medio flavo-pilosum, pone medium sat impressum, læve, nitidum. Elytra basi thoracis dimidio latiora, et illo duplo longiora, vix ante medium leviter dilatata, posterius tenuissime marginata, juxta marginem lateralem linea elevata, postice crenata; supra plana, opaca, basi retusa, obsoletissime sulcata, crebre sed obsolete punctata, cinnamomea, vix viridi-æneo-micantia; vittis quinque a

setulis dense prostratis in singulo; margine laterali et suturali posterius vage flavo-ciliato. Pectus viridi-æneum, nitidum, rude et crebre punctatum, parce pallido pilosum; ventre pygidioque totis vellere sulphureo obductis; area abdominali lævissima, lucida, brunnea. Pedes omnes læte brunnei, vix viridi-micantes; in mare femoribus posticis valde incrassatis, compressis ut in Bruchidis, vel Halticis; tibiis posticis longe calcaratis; pedes antici breviores, tibiis nigro-dentatis; tarsis posterioribus elongatis, subgracilibus.

Observatio. Genus hoc inter *Glaphyrum et Amphicomam collocandum; Scarabæus oxypterus* PALL. etiamque huc referendus.

264. AMPHICOMA *lineata* OLIVIER. Tab. IX. f. 7.

Maxima, tota violaceo-purpurea, villosissima; elytris abdomine multo brevioribus, luteo-vittatis, dehiscentibus; ano rufo.

Longit. 7 ½ lin. Lat. 3 lin.

Amphicoma Arctos PALL. huic subsimilis, nostra vero fere duplo longior, præsertim magis cylindrica. Anne *Amphicoma lineata* OLIV. DEJ. CAT.?

Caput saturatius violaceum, crebre punctatum, dense nigro-villosum; clypeo truncato, emarginato, supra sat profunde excavato. Antennis totis nigris, nitidis. Thorax subrotundatus, convexus, crebre et longius nigro-villosus, confertissime profundeque rugoso-punctatus, purpureo-æneus. Scutellum saturate violaceum, crebre punctatum; foveolis duabus latis ad

marginem posticum leviter impressum. Elytra abdomine multo breviora, forte dehiscentia, apice singulatim admodum attenuata, acuta; supra plana, brunnea, pone medium nigroviolacea; vittis quinque inæqualibus in singulo a pilis luteis dense prostratis decorata; interstitiis tenue coriaceis, humeris viridi-æneis. Pectus saturate violaceum, densissime nigro-villosum. Abdomen piceum parcius villosum. Pygidium obsolete sed confertissime punctulatum, cum segmentis duabus posticis rufum. Pedes valde elongati, graciles, crebre punctulati, purpureo-violacei, subnitidi, dense nigro-pilosi.

Observatio. Species hæc ab omnibus Amphicomis valde distincta, elegantissimaque.

265. Amphicoma *chrysopyga* Steven. Tab. VIII. f. 9.

Nigra, lineari-elongata, nigro-villosissima; elytris luridis, griseo-pilosis, vittis duabus obsolete testaceis in singulo; ano flavo-piloso.

Longit. 5½ lin. Lat. 3 lin.

Statura et magnitudine *Amphicomæ Arcto* Pall. valde affinis, modo elytrorum vittis, et pilis flavo-rufis ad anum quodammodo differt.

Caput obsolete coriaceum, nigrum, villosum, inter oculos impressum; clypeo apice profunde bicarinato. Antennæ piceæ; capitulo lurido. Thorax niger, nitidus, confertissime punctulatus, pilis longis, nigris, dense obsitus; linea longitudinali, pone medium elevata. Scutellum transversum, crebre rugoso-punctatum, nitidum. Elytra thorace parum latiora, lurida,

lineari-elongata, valde dehiscentia, singulatim valde attenuata, nigro marginata, crebre punctulata, obsoletissime sulcata; pilis brevibus griseis parcius obtecta, et vittis duabus a pube testacea condensata in singulo. Corpus subtus cum pedibus nigrum longe villosissimum; ano pilis flavo-rufis obsito. Pygidium subtriangulare, transversim valde impressum, lævius, nitidum, coriaceo.

266. Amphicoma *psilotrichius* Parreyss.

Lineari-elongata, valde angustata, villosa; capite thoraceque purpureo-æneis; elytris brunneis; pedibus obscure viridi-æneis; abdomine toto rufo in mare; Fœmina: paullo latior, abdomine nigro, segmentorum lateribus pygidioque fulvo-pilosis.

Longit. 6 lin. Lat. 3 lin.

Statura *Amphicomæ Vulpis* Fabr. tamen longior, et elytris magis attenuatis.

Caput tenue coriaceum, purpureo-æneum, nigro-villosum, opacum, linea angusta inter antennas tenuiter impressa; clypeo læviori, obsolete punctato, nitido, plano; apice truncato, valde reflexo. Antennæ piceæ; capitulo testaceo. Thorax subquadratus, modice convexus, tenue coriaceus, vel subtilissime sed confertissime granulatus, purpureo-æneus, sat dense nigro-pilosus. Scutellum elongatum, triangulare, cupreum, nitidum, rugoso-punctatum. Elytra valde lineari-elongata, apice singulatim rotundata, nonnihil dehiscentia, supra plana, brunnea, carina longitudinali in singulo; pilis rigidis, longis longitudinaliter seriatim collocatis obsita; creberrime punctulata, nigro-

marginata. Corpus subtus nigrum, coriaceum, dense nigro-villosum, et pilis longis pallidis immixtis; segmentis tribus posticis, pygidioque rufis, fulvo-pilosis. Pedes tenues, obscure viridi-æneí.

Var. β. Capite, thorace, scutelloque obscure violaceo-æneis; corpore subtus, pedibusque nigris; abdomine maris, magis rufo.

Var. γ. Statura præcedentium; capite, thorace, scutelloque viridi-æneis; pedibus densiore flavo-pilosis, nigris, nonnihil virescentibus.

Var. ε. Paullo minor, præsertim angustior; tota fulvo-villosa; capite, thorace scutelloque purpureis vel viridi-æneis.

267. Amphicoma *distincta* mihi. Tab. VIII. f. 10.

Dense flavo-villosa; clypeo subbicarinato; thorace minute granulato, pone medium canaliculato; elytris luridis; ano rufo in mare.

Longit. 5 lin. Lat. $2\frac{1}{2}$ lin.

Forte tantum varietas præcedentis, tamen minor, et colore et villositate quodammodo differt.

Caput purpureo-æneum, vertice leviter canaliculatum; clypeo tenue bicarinato, obscuriori, undique confertissime granulato. Thorax inæqualis, pone medium canaliculatus, subtiliter confertim granulatus. Elytra lurido-testacea, opaca. Corpus subtus densius pallido-villosum; ano rufo; pedibus subæneis.

Var. β. Thorace viridi-æneo.

Var. γ. Thorace aurato.

268. AMPHICOMA *chalybæa* MIHI. Tab. VIII. f. 11.

Oblonga, nitida, parce pilosa; thorace glabro, vage punctato, viridi-chalybæo; elytris brevibus, violaceo-purpureis, crebre rugoso-punctatis, glabris.

Longit. 4 ¾ lin. Lat. 2 ⅔ lin.

Magnitudo et fere statura *Amphicomæ abdominalis* STEVEN, sed paullo brevior.

Caput inæquale, rude punctatum, subpubescens, viridi-æneum, nitidum; fronte impressa, crebrius sed minutius punctulata; clypeo elongato, angustato; margine valde sed æqualiter erecto, nigro. Antennæ luridæ; articulis basalibus nigris. Thorax subquadratus, parum convexus, subtiliter vage punctatus, viridi-chalybæus, nitidus, glaber, margine modo pilosus; basi foveolis parvis duabus vix impressis, et altera in latere ante medium utrinque. Scutellum breve, postice rotundatum, viridi-violaceum, rude punctatum. Elytra abdomine valde breviora, apice admodum dehiscentia, singulatim acute rotundata, undique tenuissime marginata; supra glabra, crebre ruguloso-punctata, lineis nonnullis obsoletissimis, et pube brevissima, grisea parce obtecta. Corpus subtus cum pedibus obscurius violaceo-æneum, parce flavo-pilosum.

269. Gneorimus *subcostatus* Ménétriés. Tab. IX. f. 1.

Viridi-cupreo-micans, supra albo-maculatus; clypeo excavato; elytris lividis, subæneis, obsolete costatis, crebre rugoso-punctatis; corpore subtus subvilloso.

Longit. 7—8 lin. Lat. 4½—5 lin.

Ménétriés, Catalogue, p. 188. n. 822. *Trichius.*

Statura et magnitudine quodammodo *Trichii nobilis* Fabr. tamen elytrorum forma posterius plerumque magis dilatata.

Caput cupreo-viridi-æneum, creberrime eroso-punctatum; vertice canaliculatum; clypeo truncato, sat profunde emarginato, intra apicem excavato. Antennæ piceæ. Thorax subrotundatus, anterius angustatus; basi obtuse rotundatus, tenue bisinuatus, angulis productis, subdeflexis; apice late emarginatus, ibique angulis productis, obtusis, erectis; supra modice convexus, rude et crebre punctatus, cupreo-viridi-micans; disco longitudinaliter canaliculato, utrinque tenue impresso; maculis albidis, parvis, duodecim leviter impressis, notatus. Scutellum subtriangulare, viridi-æneum, punctis grossis vage dispersis impressum. Elytra elongata, livida, viridi-æneo-micantia; lateribus nonnihil rotundata, apice singulatim exacte rotundata, parum dehiscentia; supra valde deplanata, costis obsoletis quatuor in singulo, quarum prima et secunda a sutura paullo elevatiores; undique crebre rugoso-punctata; præterea maculis sex albis leviter impressis in singulo; callo humerali apicalique valde producto, sublæviori. Corpus subtus subnitidum, tenuiter coriaceum; pectus testaceum, villosum; abdomen tenue pilosum sat productum; maculis quinque albis, parvis, in segmentorum

lateribus utrinque. Pygidium productum, apice obsolete bituberculatum, subtilius coriaceum; maculis octo inæqualibus signatum. Pedes cupreo-ænei, nitidi, rude punctati, subpilosi.

270. GNEORIMUS *Bartelsii* MIHI. Tab. IX. f. 2.

Ater, nitidus, supra albo-maculatus; elytris testaceis, margine maculaque scutellari quadrata nigris; pygidio basi late albo-fasciato, segmentorum marginibus albo-notatis.

Longit. $7\frac{1}{2}$ lin. Lat. $4\frac{1}{2}$ lin.

Statura et magnitudine quodammodo *Trichii nobilis* FAB.

Caput valde elongatum, creberrime eroso-punctatum, nigrum, vertice inæqualiter impressum; lateribus ante oculos profunde sinuatis; clypeo late et sat profunde emarginato, supra bicarinato, anterius ferrugineo; palporum apicibus testaceis. Thorax basi obtuse rotundatus, margine leviter incrassatus, angulis productis valde deflexis; lateribus in medio dilatatis, rotundatis, reflexis, crenato-marginatis, anterius oblique angustatis; apice leviter late emarginatus, margine ipso lævissimo, ibique angulis obtusis; disco deplanatus; latere, antice, posticeque deflexus, ater, nitidus, grosse sat profunde et crebre punctatus; medio longitudinaliter canaliculatus; maculis albis tenue impressis duodecim signatus. Scutellum atrum, grosse sed vage punctatum, postice rotundatum. Elytra elongata, in medio dilatata, posterius parum angustata, apice singulatim obtuse rotundata, margine reflexa; supra deplanata, obsoletissime costata, vage et minute punctulata, testacea, nigro-

circumcincta, et macula quadrata juxta scutellum nigra; præterea maculis albis inæqualibus novem tenue impressis in singulo; sutura parum elevata. Corpus subtus atrum, nitidum, obsolete coriaceum; pectore parce rufo-piloso; abdomine brevissime et parce pubescente, maculis rotundatis albis, quatuor in segmentorum marginibus utrinque; pygidio valde producto, apice profunde carinato, tenuissime coriaceo, breviter parce pubescente, basi late albo-fasciato, et maculis minutis albis tenue impressis in medio disci utrinque. Pedes obsolete punctati, leviter pubescenti rufi; tibiis anticis acute bi-dentatis.

271. Cetonia *speciosa* Adams. Tab. IX. f. 3.

Viridi-æneo-micans, immaculata; thoracis disco lævissimo haud foveolato; elytris depressis, tenuiter punctato-striatis, lateribus reflexis; pedibus cœruleis.

Longit. 12 lin. Lat. 7¼ lin.

Statura et magnitudine omnino *Cetoniæ fastuosæ* Fabr. distinguenda præcipue thorace angustiore, et longiore, punctis pluribus, majoribus ad elytrorum, thoracisque latera deficientibus, etiam impressionibus in disco thoracis *Cetoniæ fastuosæ;* pygidium in nostro aliter impressum.

Clypeus quadratus, elongatus, apice reflexus, subemarginatus, niger, lateribus nonnihil incrassatis, undique vage sed rude punctatus; supra viridi-aureus, anterius cœruleus. Antennæ fusco-chalybææ. Oculi luridi. Thorax nitidissimus, supra parum convexus, viridi-aureo-micans; disco lævissimo, polito; latera versus sparsim sed profunde punctatus; margine postice

profunde bisinuatus, ibique angulis obtuse rotundatis. Scutellum magnum, cuneatum, lævissimum, apice minute bifoveolatum. Elytra depressa, leviter punctato-striata, glaberrima, pone humeros transversim rugosa; lateribus nonnihil reflexis cœruleis; apice truncata; humeris valde productis, etiam cœruleis. Corpus subtus saturate chalybæo-viridiæneum, vage punctatum, rude strigosum. Pygidium crebre transversaliter rugulosum, apice in medio productum, latere valde impressum. Pedes validi, crebre strigosi, amethystino-viridi-micantes; tibiis tenue rufo-ciliosis; tarsis chalybæis.

272. Cetonia *albilatera* mihi. Tab. IX. f. 4.

Subquadrata, prasino-ænea; clypeo truncato, profundius emarginato; thoracis lateribus albo-marginatis; elytrorum margine posterius, pygidio, abdomineque albo maculatis.

Longit. $9\frac{1}{4}$—11 lin. Lat. $5\frac{3}{4}$—$6\frac{1}{2}$ lin.

Præcedente dimidio fere minor, præsertim angustior.

Clypeus elongato-quadratus, anguste sed profunde emarginatus, lateribus anterius reflexis; punctis majoribus crebre impressis, viridi-æneus, anterius niger. Antennæ piceæ. Thorax modice convexus, undique remote sed profunde punctatus, impressionibus nonnullis planis, et vitta laterali ab angulo antico usque angulum posticum anguste contigua alba, impressa utrinque. Scutellum subhastatum, magnum, posterius longitudinaliter sensim canaliculatum, ad basin nonnihil punctatum. Elytra subquadrata, crebre subseriatim late eroso-punctata, obsoletissime lineata, pone scutellum impressa, maculis plurimis sub-

flexuosis, albis latera posterius et intra apicem inæqualibus irregulariter signata. Corpus subtus prasinum, parce rufo-pilosum; pectore rude punctato; abdomine lævissimo, polito, maculis tribus magnis, transverse ovalibus, albidis, et quatuor parvis in segmentorum lateribus utrinque. Pygidium productum, convexum, coriaceum macula magna alba utrinque. Pedes validi, obsolete punctati.

Var. β. Paullo major, elytrorum lateribus maculis latis, in vittam latam, circumdatam, confluentibus; pygidio albidiore, segmentorum maculis minoribus.

Var. γ. Plerumque brevior, vel magis quadrata, viridi-aurata, vitta laterali interrupta; pygidio fere toto albo.

273. CETONIA *circumdata* MIHI. Tab. IX. f. 5.

Fusca, viridi-æneo micans; clypeo rotundato; thoracis lateribus albo-vittatis; elytris immaculatis, vitta alba flexuosa interrupta margine laterali circumdatis; pygidio toto albido.

Longit. 4 ½ lin. Lat. 7 ½ lin.

Præcedenti valde assimilis, tamen triplo minor, magis quadrata, et colore et pictura quodammodo differt; forte illius adhuc altera varietas.

Clypeus undique forte punctatus, apice anguste sed profunde emarginatus; antennis fuscis. Thorax nitidissimus, elongatus, fere ovatus; disco impressionibus planis pluribus leviter impresso; lateribus vitta angusta alba nonnihil impressa ab angulo postico usque ad angulum anticum signatis. Scutellum in disco lævissimum, longitudinaliter parum impressum. Elytra lineari-

elongata, apice truncata, supra depressa, obscure fusca, colore in viridi-metallicum vergente, brevissime parce pilosa, ad marginem lateralem vitta albida, interrupta, flexuosa, circumdata; supra grosse subseriatim punctata, tenue lineata, immaculata. Pygidium pigmento albido penitus obtectum, unde pili breves conspiciuntur. Corpus subtus cum pedibus fuscum, subrufo-villosum in viridem vergente; segmentis in medio utrinque sex albo-maculatis.

274. Cetonia *Godetii* Dej. Tab. IX. f. 6.

Saturate obscure prasina; clypeo nigro, crebre eroso-punctato; thoracis lateribus vitta albida abbreviata; elytris posterius attenuatis, vix albo maculatis; segmentis immaculatis.

Longit. $8\frac{1}{2}$—10 lin. Lat. $4\frac{3}{4}$—6 lin.

Præcedenti haud absimilis, vero utrinque plerumque magis attenuata, elytris profundius striatis, et magis convexior, corpore subtus densius piloso, et segmentorum immaculatis abunde differt.

Clypeus obtuse rotundatus, vix emarginatus, niger, crebre eroso-punctatus. Thorax subrotundatus grosse et profunde sed vage punctatus, margine laterali nonnihil incrassatus, vitta laterali abbreviata albida utrinque impressa. Elytra posterius attenuata, apice truncata, modice convexa, profunde striata, rude subseriatim punctata, maculis nonnullis minutis dispersis signata. Pygidium transversaliter creberrime rugosum, albo-marmoratum, pilis brevibus testaceis parce obsitum. Corpus

subtus sat dense ferrugineo - pilosum; abdomine nitidissimo, lucido, haud maculato, modo segmentorum lateribus minutissime maculatis. Pedes picei, viridi-micantes, ferrugineo-pilosi.

275. CETONIA *armeniaca* MANNERHEIM. (*inflata* mihi olim.) Tab. X. f. 1.

Saturate viridis, immaculata subopaca, subcupreo-micans; elytris æqualiter convexis, subinflatis, confertissime minute eroso-punctatis, regione scutellum lævioribus.

Longit. 8—11 lin. Lat. 4½—6½ lin.

Statura *Cetoniæ viridi* FABR. subsimilis, tamen major, lævior, et plerumque magis incrassata.

Clypeus crebre et profunde punctatus, subtruncatus, vix emarginatus; margine ipso reflexo, nigro. Antennæ nigræ nonnihil viridi - vergentes. Thorax subcordatus, tenue convexus, undique profunde punctatus; disco linea angusta, lævissima longitudinaliter vix impressa; lateribus tenue marginatis. Scutellum magnum, læve, in medio parum canaliculatum; angulos anticos versus et ad basin sparsim punctatum. Elytra oblonga, posterius parum attenuata, in disco inflata, æqualiter undique convexa, creberrime sed minutissime eroso-punctata, regione scutelli læviora, et vage punctata; lateribus in medio rufo - ciliatis; foveola parva humerali utrinque. Pygidium convexum, subpubescente, crebre rugulosum. Corpus subtus pedibus viridibus, subpilosis, nitidis; abdomine lævissimo, sat incrassato, lucido; segmentorum lateribus foveolis duabus orbiculatis utrinque impressis.

Var. β. Viridi-cupreo-micans, nitida. Caput minus crebre punctatum, vertice subtuberculatum. Scutellum magis impressum, nitidius. Elytra breviora, obsoletius striata, et minutius punctulata.

Var. γ. Triplo fere minor, nitida, elytrorum disco lævissimo, nonnihil impresso; elytris magis rugosis; scutellum haud impressum.

Var. δ. Thorace toto lævissimo, lucido, ad latera modo minute punctato, foveolis duabus rotundatis margine posteriori, latitudine scutelli altera ab altera remotis profunde impressis; elytris subtilissime punctato-striatis; pedibus cœrulescentibus.

276. CETONIA *hieroglyphica* MÉNÉTRIÉS.

Valde elongata, obscure œnea; thorace tenue foveolato, rude punctato; elytris valde inœqualibus, depressis, obsolete cariosis.

Longit. 11—11½ lin. Lat. 6 lin.

MÉNÉTRIÉS, Catalogue, p. 189. n. 828.

Statura et magnitudine *Cetoniæ marmoratæ* FABR. valde affinis; tamen angustior, et plerumque magis elongata, vero elytrorum sculptura illa tota diversa.

Clypeus angustatus, elongatus, truncatus, vix emarginatus, crebre et grosse punctatus. Thorax subtriangularis; basi sat profunde trisinuatus; lateribus tenue reflexus, margine incrassatus; supra modice convexus, crebre et rude punctatus; foveolis nonnullis inæqualibus, planis, irregulariter impressis;

supra scutellum area læviore. Scutellum magnum, lævissimum, modo basi parum punctatum. Elytra valde elongata, posterius attenuata, apice truncata; supra depressa, valde inæqualia, pone medium fovea lata impressa utrinque, lineolis brevissimis arcuatis, interdum in series collocatis, latera versus crebrius impressis; circum scutellum læviora, vix punctata, impressionibus quibusdam detritis vage dispersis. Corpus subtus cum pedibus valde cariosum, abdomine læviori; segmentorum lateribus minute griseo-maculatis.

277. CETONIA *splendidula* MIHI. Tab. X. f. 2.

Elongata, angusta, viridis, aureo-lucens, nitidissima, immaculata; thoracis disco impunctato; elytris obsolete seriatim punctatis; corpore subtus cum pedibus viridi-aureo.

Longit. 9 lin. Lat. 5½ lin.

Statura et magnitudine *Cetoniæ affini* DUFT. proxima, sed paullo major, nonnihil angustior, in nostra thorace elytrisque minus convexis, et corpore subtus pedibusque viridi-aureis; quae in *Cetonia affine* semper sunt violaceæ.

Caput inæquale, rude sed vage punctatum; clypeo truncato, tenue emarginato, supra utrinque canaliculato; foveola plana vertice juxta thoracem altera intra marginem anticum. Thorax cordatus, disco lævissimo, lucido, foveolis quatuor impresso, punctis vagis lateribus et antice tenue impressis; margine laterali magis incrassato. Scutellum lævissimum, apice leviter foveolatum; angulis anticis vix punctatis. Elytra lineari-elongata, posterius vix attenuata, pone humerum profunde

nuata, apice rotundata; supra anterius modice convexa, sutura pone medium valde elevata, apice acute angulatim producta; postice juxta suturam profundius impsessa; ante apicem callosa; obsolete subseriatim eroso-punctata; disco producto, læviori. Corpus subtus pedibusque nonnihil testaceo-pilosum, grosse eroso-punctatum, viridi-aureum; pygidio segmentorum lateribusque obsolete albido-maculosis.

Observatio. Anne varietas minor *Cetoniæ nudiventris* Germari? Secundum descriptionem in Ins. spec. nov. Germ. pag. 132, illi advenire videtur.

278. Cetonia *Exclamationis* mihi. Tab. X. f. 3.

Ovata aterrima, nitida; antennis pedibusque piceis; thorace postice rotundato, medio emarginato; elytris obsolete lineatis pygidioque candido-maculatis.

Longit. 9½ lin. Lat. 5½ lin.

Statura quodammodo *Cetoniæ gagatis* Fabr. paullo tamen minor et supra convexior.

Clypeus obtuse rotundatus, vix emarginatus, creberrime et profunde punctatus, apice valde reflexus, intra antennas anterius sat profunde bicarinatus, niger, nitidus. Thorax postice rotundatus, supra scutellum sat profunde emarginatus, utrinque haud sinuatus; lateribus anguste reflexus; supra modice tamen æqualiter convexus, minute et vage punctatus, aterrimus, nitidus; foveolis duabus parvis, planis intra basin in medio. Scutellum politum, angulis vix punctatis, in medio disci impressum. Elytra ovata, aterrima, posterius attenuata, apice nonnihil trun-

cata; supra æqualiter modice convexa, circum scutellum vix impressa, undique vage punctata, obsolete striata, maculis subsinuatis candidis inæqualibus impressis a medio disci usque ad apicem irregulariter dispersis decorata. Corpus subtus parce pallido-pilosum, totum aterrimum, subcarioso-punctatum, nitidum; abdomine læviori, glaberrimo, polito; pygidio simulac elytra maculato, maculis argenteo-nitidis; segmentorum lateribus maculis parvis, rotundatis, candidis signatis. Pedes validi, piceo-nigri, grosse sed vage punctati.

279. Cetonia *Vidua* Dej. Tab. X. f. 4.

Breviter ovata, subcylindrica, tota nigra, subopaca; thorace inæquali, posterius depresso; elytris convexis, confertissime undique eroso-punctatis, obsolete sulcatis, minute sed dense griseo-maculatis.

Longit. 6—8 lin. Lat. $3\frac{3}{4}$—$4\frac{1}{2}$ lin.

Præcedentis duplo fere minor, brevior, et plerumque magis convexa; *Cetoniæ oblongæ* Dej. quodammodo assimilis, tamen convexior, elytrorum punctura vero penitus diversa.

Caput profunde exarato-punctatum; clypeo brevi, apice truncato, emarginato, utrinque parum excavato. Thorax postice cum lateribus rotundatus, supra scutellum modo tenue emarginatus; supra convexus, inæqualis, paullo pone medium depressus, grosse et confertissime punctatus, lateribus subcarinatus, linea angustissima, in medio disci longitudinaliter vix elevata. Scutellum in medio disci impressum; ad basin crebre punctatum, punctisque serie ad marginem circumductis.

Elytra ovata, æqualiter convexa, obsolete sulcata, sulcis interruptis; pone humeros profunde sinuata, undique confertissime eroso-punctatis, vel cariosa, maculis dilute griseis minutis sat dense signata. Corpus subtus sat productum, unde forma insecti cylindrica, brevissime et parce pallido-pilosum. Pygidium crebre transversim rugulosum, utrinque breviter sed sat profunde carinatum.

Var. β. Plusquam duplo minor; thoracis disco antico bifoveolato.

280. CETONIA *excavata* MIHI. Tab. X. f. 5.

Ovata, supra æqualiter convexa, nigra, opaca; clypeo brevi, profundius emarginato; elytris immaculatis, totis crebre cariosis, fuliginosis.

Longit. $8\frac{1}{4}$ lin. Lat. 5 lin.

Magnitudo et quodammodo statura præcedentis, tamen angustior, et colore et sculptura elytrorum bene differt.

Caput totum profundius exarato-punctatum, niger, opacum; clypeo utrinque carinato, apice sat elevato, truncato, profunde sed anguste emarginato. Antennæ aterrimæ, nitidæ. Thorax suborbiculatus, niger, opacus; supra convexus, obsolete sed confertissime punctatus; impressionibus planis aliquot irregulalariter dispersis, et ante scutellum foveolis duabus subconjunctis explanatis leviter impressus. Scutellum totum opacum, fuscum, postice impressum, basi crebre punctulatum, apice lævigatum, subnitidum. Elytra ovata, posterius parum attenuata, apice obtuse rotundata; supra æqualiter convexa, obscure brun-

nea, opaca, undique crebre cariosa, sed haud striata; pone humeros rugosa; callis apicalibus productis, lævioribus, subnitidis. Corpus subtus cum pedibus nigrum, nitidum, densius flavo-pilosum.

281. CETONIA *asiatica* MIHI. Tab. X. f. 6.

Tota nigra, opaca, elongato-quadrata; clypeo profunde emarginato; thorace inæquali; elytris obsolete rugosis, striatis, superficie dense griseo-irroratis.

Longit. $6\frac{3}{4}$—$7\frac{3}{4}$ lin. Lat. $3\frac{3}{4}$—$4\frac{2}{3}$ lin.

Magnitudo et statura *Cetoniæ Morionis* FABR., tamen supra plerumque magis æqualiter convexa; nonnihil angustior.

Caput rude et crebre punctatum; clypeo obtuse rotundato, profunde emarginato, tenue reflexo utrinque profunde foveolato. Thorax transversus, ovalis, minute et obsolete punctatus, inæqualis, pone medium leviter depressus. Scutellum basi crebre punctulatum, posterius lævigatum. Elytra oblongo-quadrata, posterius vix attenuata, apice truncata, lateribus tenue sinuata; supra æqualiter convexa, obsolete lineata, undique creberrime obsolete rugulosa, striolis minutis aggregatis, flexuosis, griseis, transversis, leviter impressis undique densissime irrorata. Corpus subtus cum pedibus parce flavo-pilosum, nitidum. Pygidium inæquale, opacum, minutissime obsolete rugosum.

282. CETONIA *squamosa* DÉJ. Tab. X. f. 7.

Angustata, tota nigra, subnitida; clypeo integro, anterius subdilatato; elytris lineari-elongatis, cribratis.

Longit. $7\frac{1}{4}$—$8\frac{2}{3}$ lin. Lat. 4—$4\frac{3}{4}$ lin.

Cetonia aurata paullo longior, sed plerumque magis angustata.

Caput creberrime exarato-punctatum, nigrum, opacum; clypeo subquadrato, anterius subdilatato, integro, margine undique æqualiter tenue elevato; supra plano, crebre rugoso-punctato. Antennæ aterrimæ, nitidæ. Thorax elongatus, basi rotundatus, supra scutellum vix emarginatus, lateribus anterius rotundatis, pone medium sinuatis, tenuissime marginatis; supra convexus, obsolete vage punctatus, niger, subnitidus, ante scutellum leviter depressus. Scutellum basi parum punctatum, postice lævigatum, apice subfoveolatum. Elytra valde elongata, sublinearia, postice vix attenuata, apice obtuse subsingulatim rotundata; supra fere æqualiter convexa, pone scutellum nonnihil deplanata, nigra subnitida, tota cribrata, et rugulis transversis, numerosis immixtis; callis apicalibus sat productis. Corpus subtus cum pedibus nigrum, nitidum, vix pilosum. Pygidium triangulare, obsolete rugulosum, utrinque albomaculatum.

283. Cetonia *Korini* mihi. Tab. X. f. 8.

Angusta, tota aterrima nitida; clypeo valde attenuato, rotundato, integro; vittis latis thoracis lateribus, maculis latis, flexuosis sex in singulo elytro, et duabus rotundatis pygidii utrinque candidissimis.

Longit. 4½ lin. Lat. 2½ lin.

Magnitudine *Cetoniæ albellæ* Pall. tamen magis quadrata, forma clypei thoracisque abunde differt.

Caput latum, obsolete punctulatum, ante oculos profunde sinuatum, nigrum, opacum. Clypeo valde attenuato, rotundato; integro, margine æqualiter undique tenuiter reflexo, supra plano. Antennæ piceæ. Thorax subcordatus, lateribus æqualiter rotundatus, nonnihil reflexus; supra modice convexus, punctis majoribus vage dispersis, pone medium utrinque bifoveolatus, vitta laterali lata, candida, tenue impressa ab angulo antico usque ad angulum posticum ducta, ornatus. Scutellum postice obtuse rotundatum, lævissimum. Elytra elongata, sublinearia, apice truncata, disco deplanata, seriatim cicatricosa, fovea pone medium elongato-quadrata, plana, juxta suturam utrinque; sutura posterius acute elevata; intra apicem costis duabus longitudinalibus, abbreviatis; maculis latis, sinuatis, remotis, duodecim tenue impressis candidissimis signata, quarum quatuor pone humeros, quatuor vix pone medium fasciatim, duæ ante apicem juxta suturam et duæ transversæ, profunde sinuatæ angulis posticis exterioribus connexæ, impositæ. Corpus subtus cum pedibus parce lurido-pilosum;

pygidio convexo, crebre transversim ruguloso, macula majori, rotundata, candida utrinque.

Insectum quidem pulcherrimum cujus individuum tantum unicum a beato D. Scovitz accipere mihi contigit.

INDEX SPECIERUM DESCRIPTARUM.

DESCRIPTION

DE QUELQUES COLÉOPTÈRES,

RECUEILLIS

DANS UN VOYAGE AU CAUCASE

ET

DANS LES PROVINCES TRANSCAUCASIENNES RUSSES

en 1834 et 1835

par

T. VICTOR.

(AVEC UNE PLANCHE).

DESCRIPTION

DE QUELQUES COLÉOPTÈRES,

RECUEILLIS

DANS UN VOYAGE AU CAUCASE

ET

DANS LES PROVINCES TRANSCAUCASIENNES RUSSES

en 1834 et 1835

PAR T. VICTOR.

Il est usité de faire précéder un travail, tel que celui-ci, d'une préface plus ou moins étendue sur les pays qu'on a parcourus, sur leurs localités etc.; j'en dispenserai mes lecteurs parceque chacun trouvera à la fin de la description d'un individu l'indication ou je l'ai trouvé.

PSELAPHIENS.

1) CLAVIGER *foveolatus* MULL.

Se trouve au Caucase et en Géorgie.

2) CTENISTES *palpalis* REICH. *mas* et *fem.*—Long $\frac{2}{3}$ lign. Larg $\frac{1}{4}$ lign.

Le *Ct. Dejeani* SERV. et FARG. n'est je crois que la femelle du *Ct. palpalis*. On le rencontre assez fréquemment en Géorgie et dans les provinces transcaucasiennes sous des pierres.

3) Pselaphus *Heisei* Herbst.

Il se trouve au Caucase, sous les pierres et dans la terre un peu humide au pied des arbres.

4) Pselaphus *acuminatus* Victor. — Long $\frac{3}{4}$ lign. Larg $\frac{1}{4}$ lign.

Tab. XI. fig. a. A.

Elongatus, rufus, nitidus, postice dilatatus; capite trifoveolato; elytris dilutioribus; segmento 1° pone elytra maximo, utrinque incrassato, 2° multo minore, 3° in medio nodulo compresso obtuso producto.

In masculis: 3° *segmento cum reliquis planis.*

Il a, à peu-près, la forme et la couleur du *Ps. Herbstii* Reich.; mais la tête a deux fossettes un peu allongées entre les antennes et un point imprimé sur le milieu de la partie postérieure de la tête. Le corselet est conique et retréci vers la base des élytres. Celles-ci sont au moins trois fois plus larges que le corselet, ayant leurs angles antérieurs arrondis obliquement et leur bord postérieur frangé d'un duvet épais d'un clair-jaunâtre. L'Abdomen est large, le 1-er segment est en carré, les suivans sont beaucoup moins longs, de sorte que leur largeur totale ne dépasse guère la moitié de celle du 1-er segment. Elles se retrécissent successivement vers le bout, qui est un peu arrondi. Chez la femelle le 3-me segment se prolonge en pointe saillante, comprimée, un peu en carré et tronquée à l'extrémité.

Sous des pierres dans les steppes d'Elisabethpol en Géorgie méridionale.

5) Briaxis *longicornis* Leach.

Je l'ai trouvé dans le Daghestan, non loin de la mer Caspienne, dans de la terre humide.

6) Briaxis *nodosa* Vict. *mas* et *fem.* — Long. $\frac{2}{5}$ lign. Larg $\frac{1}{3}$ lign.

Tab. XI. Fig. B. b. *mas* et *fem.*

Subelongata, convexa, rubro-cinnamomea, abdomine subelongato-quadrato, segmento primo maximo, postice truncato, in medio exciso; secundo nodi obtuso producto; in maribus: *segmento primo postice obtuso-rotundato integro, secundo cum reliquis planis.*

Il est à peu près de la taille et de la grandeur de *Briaxis haematica* Reich.; mais la tête est un peu plus large, les yeux sont plus saillants; le point enfoncé au milieu de la base du corselet est plus grand et forme presque une fossette. Le bord postérieur des élytres est un peu plus foncé que le reste. Chez la femelle le premier segment de l'abdomen est quatre fois plus large que les suivants, et il a au milieu de son bord postérieur une petite échancrure presque triangulaire, qui est bordé de quelque poils grisâtres, le second segment se prolonge en bosse lisse et obtuse, qui se présente en dessous de l'échancrure du premier segment.

Elle se trouve près des racines, dans des lieux un peu humides en Géorgie.

7) Briaxis *furcata* Vict. Long $\frac{2}{3}$ lign. Larg $\frac{1}{4}$ lign.

Tab XI. Fig. c. C.

Nigro fusca, elytris rubro-fuscis, tibiis tarsisque testaceis; abdomine lato, segmento 1° modice convexo, intra marginem lateralem utrinque canaliculato, apice in medio late et profunde emarginato, utrinque acute bi-dentato, segmento secundo utrinque furcato, abdomine profunde excavato.

Cet insecte ressemble un peu à un *Briaxis* de l'Amérique septentrionale au *Br. abdominalis*, Aube, mais la couleur et la construction de l'abdomen l'en distinguent. Ce dernier est large, convexe au milieu, de chaque côté il a un canal enfoncé et les bords latéraux un peu saillants et un peu relevés. Le premier segment est grand, avec le milieu de son bord postérieur avancé, découpé en demi cercle et qui présente de chaque côté une dent aigue ; le second segment est beaucoup moins large mais d'une construction semblable, seulement que les deux dents sont beaucoup plus longues et forment presque une fourche ; elles se trouvent précisément dans le prolongement des dents du premier segment. Le reste de l'abdomen, n'a qu'une brusque excavation renfermée entre les dents du premier et du second segment, ce qui forme une cavité à peu près comme on rencontre dans quelques espèces de *Bostrichus.*

Cette espèce doit être placée de même que la précédente dans la seconde série des *Briaxis* de Mr. Aube. Je l'ai trouvé à Tiflis en Géorgie Russe.

8) Briaxis *spinicoxis* Vict. — Long $\frac{3}{4}$ lign. Larg $\frac{1}{3}$ lign.

Tab. XI. Fig. d d'D.

Nigra, nitida; antennis, elytris, pedibusque rufocastaneis; fronte bi-impressa; thorace postice foveolis tribus profunde instructo; elytris bi-striatis; abdomine lato, segmento 1° maximo, apice obtuso-rotundato; coxis anticis spina subtilissima armatis.

Elle a beaucoup d'analogie avec le *Briaxis xanthoptera* Aube, mais la tête n'a que deux impressions. Les antennes sont de la longueur de la moitié du corps. Le corselet est plus large et moins retréci postérieurement. Elle est noire, avec les palpes, et les antennes; les élytres et les pieds sont d'un rouge ferrugineux. Le premier article des cuisses antérieures est armé d'une mince épine.

A Tiflis en Géorgie.

8) Bythinus *crassicornis* Vict. Long $\frac{3}{4}$ lign. Larg $\frac{1}{4}$ lign.

Tab. XI. Fig. e E.

Punctatus, castaneus, nitidus, parce pubescens; fronte inaequalis, vertice linea arcuata impresso; antennis crassis, articulo 1° maximo, apice intus dente parvo munito, 2° globoso; elytris convexis, basi in singulo bi-impressis; abdomine integro rotundo; pedibus dilutioribus, femoribus crassiusculis, posticis apice inferne gibbosis, nigris.

Le corps est entièrement d'un roux chatain et couvert de poils épars d'un jaune un peu roussâtre. La tête est triangulaire, ponctuée, avec une carêne entre les antennes et une ligne

arquée à sa partie postérieure. Yeux noirs, saillants. Les palpes sont longs et le premier article gros, applati et ovale. Les antennes sont grosses, un peu grelées, de la longueur du corselet et de la tête; leur premier article est beaucoup plus gros que les suivants et il est en dessous, à son côté interne, muni d'une dent obtuse assez forte; le second article est sphérique. Elles sont en outre pubescentes, surtout le dernier article, qui, en conséquence, paraît être fort aigu. Le corselet est un peu plus large que la tête, plus long que large, convexe et il a, sur sa partie postérieure, une ligne arquée transversale. Les élytres sont plus larges que le corselet avec deux impressions à la base et une ligne suturale de chaque côté. Les cuisses postérieures sont renflées, avec les bouts noirs, qui ont l'aspect de nœuds.

Je l'ai rapporté des Montagnes d'Aghalzik en Arménie non loin de la frontière de l'Asie mineure. On le trouve à une élevation de plus de 5000 pieds, dans de la terre humide sous des buissons.

9) Bythinus *longipalpis* Vict. Long. $\frac{1}{2}$ lign. Larg. $\frac{1}{5}$ lign.

Tab. XI. Fig. f F.

Castaneus, sub-pubescens; oculis nigris, prominulis; palpis valde elongatis, articulo ultimo elongato-ovato; antennarum articulo ultimo conico-elongato; abdomine convexo, pedibus dilutioribus.

Il est beaucoup plus petit que le précédent auquel il ressemble. Les antennes sont plus minces. Les palpes plus longs. Le corselet est plus large que la tête, sa partie la plus large est à peu près à un tiers de sa longueur, depuis la tête jusqu'aux

élytres. Postérieurement il est moins en cœur et la ligne transversale est plus marquée. Les élytres sont plus larges que le corselet et forment avec l'abdomen un ovale tronqué antérieurement. Les palpes, les antennes et les pieds sont plus pâles que le corps. Les cuisses sont peu renflées.

Sous l'écorce de vieux troncs à Ekaterinograd dans les Steppes du Caucase, en été.

10) Bythinus *Curtisii* Leach.

Au Caucase dans la terre près des arbres.

11) Bythinus *bulbifer* Reich.

Avec le précédent et dans les mêmes lieux.

12) Bythinus *glabricollis* Reich.

Je l'ai pris sur les Montagnes d'Akhalzik en Arménie dans la terre au pied des arbres.

13) Bythinus *Ibericus* Vict. Long. $\frac{1}{2}$ lign. Larg. $\frac{1}{6}$ lign.

Tab. XI. Fig. g g' G *mas* — h h' H *fem.*

Niger, thorace piceo; elytris rufis; capite bi-foveolato; palpis longis, articulo 2° elongato, 3° brevi, conico. Antennis sub-filiformibus; elytrorum humeris elevatis.

in Fœmina: *limbo thoracis piceo-marginato; palporum articulo secundo trigono; antennis crassioribus.*

Ce coléoptère à beaucoup de ressemblance avec les Briaxes, mais les palpes et les antennes l'en distinguent assez. Il est noir, avec les élytres, les palpes, les antennes et les pieds d'un testacé-rougeâtre. Les yeux sont saillants. Le corselet est aussi

long que large, rétréci antérieurement et postérieurement, avec trois impressions non jointes sur sa base, et dont celle du milieu est la plus forte. Les élytres ont deux lignes imprimées longitudinales, leurs angles sont coupés vers la base et un peu relevés.

On le rencontre au Caucase et dans les contrées transcaucasiennes sous des pierres dans les lieux ombragés.

14) Trimium *brevicornis?* Reich.

Dans le Daghestan à une élevation considérable.

15) Batrisus *venustus?*

Je l'ai pris en automne dans le nid d'une fourmie noire? (*F. herculana*) dans la province Schirwan non loin de la frontière persane.

16) Euplectus *piceus* Vict. Long. $\frac{2}{3}$ lign. Larg. $\frac{1}{6}$ lign.

Tab. XI. Fig. 1 I.

Depressus, piceus; capite inæquali, inter antennas carinula conspicua, transversa signato; palpis, antennis, pedibusque testaceis; thorace postice foveolis tribus subconfluentibus, in medio disci impresso.

Il ressemble un peu à l'*Eupl. nanus* Reich., mais il est plus grand; la tête est plus large; le corselet un peu plus court, les élytres un peu plus longs et avec deux lignes imprimées plus longues.

Il vit sous l'écorce de pins sur les Montagnes d'Akhalzik.

FUNGICOLES.

17) Endomychus *armeniacus* Vict. Long. $2\frac{1}{3}$ lign. Larg. $1\frac{1}{2}$ lign.

Tab. XI. Fig. k.

Breviter-ovatus; capite, thorace, corpore subtus pedibusque rufo-testaceis; antennis nigris; elytris coccineis, singulis maculis duabus nigris decoratis.

Il est un peu plus large et moins allongé que le *End. coccineus*, auquel il ressemble. La tête et le corselet de même que le dessous du corps et les pieds sont d'un fauve un peu rougeâtre. Le corselet est un peu plus large et un peu plus plane que dans le *coccineus.* Les bords latéraux sont faiblement rebordés. Les élytres sont d'un rouge vif, avec quatre taches noires, dont les postérieures plus grandes. Les yeux et les antennes sont noirs.

En Arménie et en Géorgie.

18) Lycoperdina *apicalis* Vict. Long. $1\frac{2}{3}$ lign. Larg. 1 lign.

Ovata, rufo-testacea; thorace transverso basi reflexo, nigromarginato, angulis omnibus productis, acutis; elytris nigris, macula latiore humerali, altera pone medium, apiceque rufotestaceis.

Elle ressemble un peu à *L. cruciata,* mais elle est un peu plus grande et en proportion plus large. La tête, les palpes, les antennes, le corselet, quatre taches et une bande apicale sur les élytres de même que le dessous du corps et les pieds sont

fauves. Le corselet est un peu plus relevé dans son milieu et les côtés sont rebordés.

On la trouve, sur du bois pourri dans les Lycoperdes, dans les vallées des Alpes du Caucase.

Dapsa.

Character generis: Antennæ thoracis basin multo superantes, filiformes, apice parum incrassato; articulo ultimo maximo, sub-rotundato, non deplanato, articulo 3° sub-elongato.

19) Dapsa *trimaculata* Kollar. Long. $1\frac{3}{4}$ lign. Larg. $\frac{3}{4}$ Larg.

Tab. XI. Fig. m M.

Lurido-testacea, punctatissima, pubescens; thorace quadrato, tri-impresso; elytris oblongo-ovatis, maculis tribus nigro-fuscis pone medium signatis.

D'un fauve un peu pâle. Le corps est en dessus fortement ponctué et couvert de poils couchés, épars; le dessous est plus lisse. Les palpes sont un peu subuleux. La tête est cachée, jusqu'aux yeux, sous le corselet. Celui-ci est plus large que la tête, en carré transversal, avec les bords latéraux un peu relevés; au devant il est assez fortement échancré et les angles antérieurs sont un peu saillants et coupés vers la tête. Sur la base du corselet il y a deux impressions longitudinales et on voit une troisième un peu plane dans son milieu. L'écusson est en triangle deux fois plus large que long. Les élytres sont en oval allongé, avec une tache suturale oblongue sur leur partie postérieure et une autre tache, à base carrée, de chaque côté un peu au devant de celle de la suture, noires. Dessous du corps et pattes fauves.

Je l'ai pris dans la terre sous les buissons et dans l'herbe dans les provinces près de la mer Caspienne, de même que dans les Steppes du Caucase et de la Russie méridionale.

20) Dapsa *limbata* Vict. Long. $1\frac{1}{2}$ lign. Larg. $\frac{2}{3}$ lign.

Tab. XI. Fig. n N.

Elongato-ovata, testaceo-fusca, pubescens; thorace postice angustato; elytris valde convexis lateribus et postice late nigris.

Un peu plus petite et plus allongée que la précédente, un peu plus pubescente. Le corselet est plus rétréci postérieurement. Il n'a que deux impressions à sa base, celle du milieu manque. Les angles antérieurs en sont moins saillants et coupés obliquement vers la tête. Les élytres ont un large bord latéral noir, qui couvre quelquefois entièrement les élytres. Dessous du corps et les pattes fauves, la poitrine plus foncée.

Sur les montagnes d'Akhalzik en Arménie.

LETTRE

SUR

LE GENRE XERANTHEMUM

ADRESSÉE

AU DIRECTEUR DE LA SOCIÉTÉ

G. FISCHER DE WALDHEIM

par

F. E. L. FISCHER ET C. A. MEYER.

(AVEC DEUX PLANCHES LITHOGRAPHIÉES).

LETTRE

SUR

LE GENRE XERANTHEMUM

ADRESSÉE

AU DIRECTEUR DE LA SOCIÉTÉ

G. FISCHER DE WALDHEIM

par

F. E. L. FISCHER ET C. A. MEYER.

Monsieur,

La lecture du 7e vol. du bulletin de la Société Impériale des Naturalistes nous a vivement intéressés par l'importance et la variété des mémoires que vous y avez réunis ; toutefois notre attention s'est particulièrement fixée sur l'esquisse des Xéranthèmes de Russie par M. Kaleniczenkow et sur ce qui est relatif à la botanique dans le travail de M. Uspensky. Nous nous ferons un plaisir de vous communiquer les résultats de notre examen du genre *Xeranthemum*, provoqué par le premier mémoire et les observations que nous a suggerées le second.

L'esquisse de M. Kaleniczenkow, considérée comme une monographie, mérite sans doute la reconnaissance des botanistes; mais après un soigneux examen, nous ne croyons pas que la nouvelle espèce proposée par l'auteur, puisse être admise. Pour justifier notre opinion nous devons faire l'analyse des caractères qu'il a choisis pour l'établir.

Le nombre des écailles qui forment un péricline, n'est pas constant; il change d'après la grandeur de la plante et de ses calathides ; aussi ces écailles, exactement disposées en spirale, augmentent nécessairement de *longueur* à mesure qu'elles deviennent plus intérieures; il est donc impossible de distinguer des séries d'écailles positivement limitées; l'admission d'un plus ou moins grand nombre de séries dans chaque péricline est extrêmement arbitraire; nous en appelons à la figure même que l'auteur a donnée. La *forme* des écailles est très-peu différente dans les trois espèces d'*Anthoxera*, mentionnées par l'auteur; elle change dans différentes calathides de la même espèce et dans une même calathide au point qu'elle ne peut nullement servir à distinguer ces trois espèces. Les figures données par l'auteur peuvent servir de preuve à notre assertion.

Les écailles du Xeranthemum inapertum Gay. sont assurément plus fermes que celles du X. annuum et comme du parchemin ce qui pourroit servir à établir plus solidement le caractère différentiel de cette espèce.

La couleur très-variable des écailles ne sauroit être admise comme caractère spécifique, et quand même la base de celles du Xer. Annettæ, laquelle, dans la plante vivante et dans la fleur épanouie est réellement verte, seroit «*fusco-pallida*», des différences aussi peu importantes ne doivent pas être prises en

considération pour fonder des espèces ; la raie longitudinale du X. inapertum Gay, considérée par plusieurs botanistes comme très-caractéristique, s'efface quelquefois complètement tandis qu'elle ne manque pas toujours dans le X. annuum ; enfin, l'insignifiance des nervures et des sillons des écailles du X. Annettæ, sur lesquels l'auteur dirige notre attention, nous est entièrement démontrée sur deux échantillons originaux de cette plante qui sont devant nos yeux et où nous ne trouvons point ce caractère.

Les différences dans la *forme des fruits* que l'auteur fait connaître plutôt par les figures que par la description, quelque peu importantes qu'elles paraissent, ne sont pas même fondées, dans la nature ; les fruits bien développés et bien mûrs des X. annuum, Annettæ et inapertum *Gay* n'en présentent que de très peu sensibles; ils sont oblongs, plus larges en haut, peu à peu amincis vers la base, médiocrement comprimés, d'un côté assez aplatis, et de l'autre fortement convexes et munis d'une côte faiblement saillante. Dans le sec, surtout s'ils ne sont pas complètement mûrs, ils paraissent irrégulièrement anguleux à 3, 4 ou 5 côtes, ils reprennent leur vraie figure lorsque, pendant quelque tems, on les fait tremper dans de l'eau. Aussi dans l'excellente monographie de M. Gay les fruits ne sont pas dessinés conformément à la nature.

Le nombre 5 est sans doute le nombre normal des paléoles de l'aigrette de toutes les espèces d'Anthoxera ; quelquefois il en survient une sixième presque toujours imparfaitement développée; d'autres fois il peut en manquer une; nous avons trouvé l'aigrette du X. Annettæ tout aussi souvent à 5 paléoles qu'à 4. La forme de celles du X. Annettæ est assuré-

ment, un peu différente, mais cette différence est trop peu sensible qu'on puisse la considérer comme un caractère spécifique.

Le X. Annettæ diffère encore, dit-on, de ses congénères par sa tige simple; cependant plus tard l'auteur dit de sa nouvelle espèce « variat caule bifloro et rarissime trifloro » et nous en avons vu des échantillons à 5 et à 6 calathides. Des variations analogues se rencontrent aussi dans les autres espèces de ce genre.

Quoiqu'on ne puisse pas admettre le X. Annettæ comme espèce, les caractères indiqués par M. Koleniczenkow étant en partie trop peu importans, en partie non fondés dans la nature, on pourra cependant considérer son port grèle, ses calathides, fleurs et fruits plus petits et la légère différence dans la forme de ses paléoles comme suffisans pour le faire recevoir dans le système comme *une variété β du X. annuum*; cependant nous devons dire que dans le grand nombre d'échantillons du X. annuum qui ont été à notre disposition, depuis la grande variété des jardins jusqu'à celui à forme grêle et petite auquel on a donné le nom de X. Annettæ, nous avons trouvé des transitions très-nombreuses et si délicates que nous ne serions pas étonnés que l'adoption de celui-ci comme variété fût contestée.

Si nous osons présenter une nouvelle monographie des Xéranthemées, c'est uniquement parceque nous pouvons enrichir d'une espèce nouvelle et bien distincte ce petit groupe qui n'a éprouvé aucun accroissement depuis plus de deux siècles. L'excellente monographie de M. Gay n'embrasse que les quatre espèces mentionnées en 1623 par Gasp. Bauhin.

Avant que de procéder à l'énumération systématique des espèces qui composent ce petit groupe, il ne sera pas inutile de dire quelques mots sur la structure du calyce de ces plantes et sur les poils qui le couvrent.

Le calyce de tous les Xeranthemum est composé de 3 membranes dont celle qui recouvre la face intérieure est extrêmement délicate et adhérente aux enveloppes de l'ovaire. L'extérieur est très coloré et d'un tissu cellulaire lache; elle se déchire facilement et il n'est pas aisé de la séparer du fruit même mouillé dans l'eau. Elle ne se prolonge point dans l'aigrette, mais se termine autour du disque épigyne sous la forme d'un faible rebord; visible surtout dans le X. erectum β. La couche intermédiaire forme, si l'on peut s'exprimer ainsi, le squelette du calyce. Cette couche est traversée par de fortes et nombreuses nervures dont cinq répondent à une paléole, d'où il arrive qu'il y en a 25 (quelquefois 30) dans les calyces des Euxeranthemum, et 50 (quelquefois 55 à 60) dans ceux du Xeroloma. Toutes ces nervures se perdent dans le disque épigyne sans reparaître, du moins sous forme de nervures, dans les paléoles (*). Les paléoles partent du bord extérieur du disque épigyne et sont évidemment une prolongation de la lame intermédiaire du calyce.

La structure du calyce du Chardinia est un peu différente. La membrane extérieure, quoique très-mince, est bien plus ferme que dans les Xeranthemum; on peut la détacher facilement des fruits mouillés dans l'eau; elle parait couvrir aussi

(*) Quelquefois cependant on observe la trace d'une nervure médiane dans les paléoles du Xer. inapertum (X. cylindraceum).

les paléoles et non cesser au dessous de l'aigrette comme dans les Xeranthemum. Le tube du calyce est traversé de 18 ou 20 nervures, recouvertes d'une membrane épaisse et par là très-saillantes. Neuf ou dix de ces nervures répondent à la ligne médiane des paléoles tandis que les autres répondent aux sinus formés par la contiguité de deux paléoles. La nervure dorsale perce la paléole, pour ainsi dire, à son origine et la traverse à sa face intérieure jusqu'à son sommet presque sans se ramifier. Les faisceaux intermédiaires, arrivés au sinus, se partagent en deux rameaux, qui reparaissent chacun sur la face intérieure de sa paléole voisine; ainsi chaque paléole reçoit des faisceaux vasculaires de trois nervures différentes.

Dans les Xeranthemum l'aigrette sort du disque épigyne quasi comme un nouvel organe dont l'origine de la membrane moyenne du calyce n'est cependant pas à méconnaître. Ce mode d'organisation de l'aigrette est dominant dans la famille des Synanthères. L'aigrette du Chardinia au contraire est une prolongation immédiate du tube du calyce et la continuité des deux parties est manifeste. Cette origine de l'aigrette se rencontre bien plus rarement que la première; on la voit dans l'Arction (Berardia) avec cette différence pourtant, que le limbe du calyce y est divisé, en un grand nombre de soies déliées. Ce n'est pas ici le lieu de poursuivre plus loin cet objet, nous croyons cependant que l'examen attentif de l'origine de l'aigrette contribuerait essentiellement à perfectionner la Synanthérologie.

Si nous ne sommes pas dans l'erreur, Cassini est le premier qui a fait remarquer *la bifurcation des poils* qui couvrent le calyce des Xeranthemum; c'est à tort que M. Gay contredit

ce fait (il dit p. 133. « ovarium sericeum... pilis simplicibus, « non bifurcis »). En examinant avec une loupe un peu forte on verra déjà la pointe bifurquée de ces poils ; mais si l'on veut reconnaître leur structure clairement on doit avoir recours à des grossissemens assez forts, le diamètre des poils n'étant que de 45 à $\frac{60}{10000}$ de ligne. En employant une lentille grossissant 450 fois en diamètre, nous avons reconnu que ces poils sont composés d'un petit bulbe et de deux tuyaux réunis dont les bouts sont libres, d'où il vient qu'ils paraissent partagés à leur sommet. Souvent nous avons vu des petits granules dans ces tuyaux (surtout très-distinctement dans les poils du X. cylindraceum), et nous ne pouvons guère supposer que ce soit une illusion optique; nous n'osons pourtant pas décider si c'est dans les tuyaux ou dans la substance de leurs parois que ces granules ont leur siège ; dans le X. cylindraceum il parait plus probable que c'est dans les tuyaux. La même organisation se retrouve dans les soies courtes et en forme de massue qu'on observe sur la partie moyenne du calyce (ovaire) du Chardinia; les poils laineux au contraire qui recouvrent les tiges et les feuilles de cette plante, sont absolument simples.

XERANTHEMEÆ.

Lessing. Synops. gener. Composit. p. 14. *Carlineæ-Xeranthemeæ.* Cassini in Dict. des Sc. nat. Vol. LX p. 569 (p. p.) Gay Monographie des genres Xeranthemum et Chardinia in Mém. de la Soc. d'hist. nat. de Paris. Tome III.

Calathidium multiflorum, heterogamum, discoideum. Squamæ periclinii imbricatæ, distinctæ. Clinanthium paleaceum.

Flores in ambitu fœminei bilabiati, unilabiati v. tubulosi, uniseriales. Flores in disco hermaphroditi, tubulosi. Filamenta glabra. Antheræ basi setosæ v. penicillatæ. Stigmata glabra, brevia, in floribus hermaphroditis erecto-patula. Achaenia erostria, turbinata (exteriora in Chardinia alata), disco epigyno magno; areola insertionis exacte basilari. Pappus paleaceus: paleis persistentibus distinctis (*).

XERANTHEMUM GAY.

Gay l. c. p. 357. Lessing l. c. p. 14. Kaleniczenkow Adumbratio Xeranhemorum in Bulletin d. la Soc. Imp. des Nat. de Moscou Vol. VII p. 187.

Calathidia inermia. *Flores foeminei* steriles: corolla bilabiata ($\frac{5}{2}$ v $\frac{2}{2}$) v. unilabiata ($\frac{3}{0}$ v $\frac{2}{0}$); ovarium filiforme; stigmata concreta. *Flores hermaphroditi:* filamenta discreta; achænia omnia conformia turbinata, paleis 5 v. 10 coronata.

Herbæ annuæ, erectæ, (sæpissime) ramosæ, inermes, tomentosæ, foliis sparsis sessilibus oblongis sublinearibusve integerrimis v. subdentatis; calathidiis terminalibus; periclinii squamis scariosis, interioribus elongatis, radiantibus, sæpe pulchre coloratis et flabellato-venosis; paleis tripartitis v. potius ternis; corolla basi ampliata viridi; ovariis setis apice acute bilobis sericeo-pubescentibus.

(*) M. Kaleniczenkow se sert partout du terme «*pappus* 5 (4—10)—*dentatus*»; dans la description du X. annuum (p. 190) il dit même: «*pappo*—5—*dentato, dentibus ad dimidiam partem pappi divisis*». Nous ne savons réellement pas si M. Kaleniczenkow s'est seulement exprimé incorrectement, ou bien si la base élargie des paléoles, dont les bords se recouvrent réciproquement, lui aurait fait croire qu'elles sont réunies par soudure.

I. Eu-Xeranthemum (*).

Periclinii squamæ mucronatæ. Stylus flosculorum fœmineorum exsertus. Pappi paleæ 5 (interdum 4 v. 6).

Xeranthemum Desf. in Mém. du Mus. d'hist. nat. III p. 455. tab. 21 fig. A, B, C. (cum icone X. annui haud ita bona). Cassini l. c. vol. 59 p. 112 (descript. opt.). *Anthoxera* Kaleniczenkow l. c. p. 188.

1. *X. annuum* Linn. Willd. X. antherarum auriculis barbatis; paleis pappi ex ovata basi caudato-acuminatis corolla brevioribus.

X. annuum *α* Linn. Sp. pl. ed. I p. 857; ed. II p. 1201; Gay l. c. p. 358 tab. 7 fig. 1. (c. syn. ampliss., descript. bona et figur. opt., except. achaenior. figur.); Gaudin fl. helvet. V p. 385. Marsch. Bieb. fl. taur. cauc. II p. 302; Besser Enum. pl. Volhyn. Podol. p. 32. Eichwald Naturhist. Skizze etc. p. 147; Henning de plant. Tanaicens. in Mém. de la Soc. Imp. des Natur. d. Moscou VI p. 79; Meyer Enum. pl. cauc. casp. p. 62. Reichenb. Iconograph. bot. VII p. 21. fig. 864 (bona); Kalenicz. l. c. p. 188 (c. ic. et descr.).

X. ornatum Cassini l. c. p. 114 (c. descr. opt.)

Centaurea dubia Gmel. jun. Itin. I p. 126 tab. XX.

Hab. in locis siccis lapidosis Europæ australis, præsertim orientalis; in Salisburgo (Schrank), in Bohemia! Moravia (Dod.), Austria! Hungaria! Transylvania (Baumg.) in campis siccis Ros-

---

(*) Nous suivons l'exemple de M. de Candolle et conservons pour le groupe principal d'un genre, qui en forme, pour ainsi dire, le noyau, le même nom générique.

siæ australis haud rarum, e. g. in Podolia (Besser), in Bessarabia! ad fluv. Dniester et Bug, nec non prope Sawran (Eichw.), prope Odessam! in prov. Ekaterinoslaw, Charkow et Cherson (Kalenicz.), in Tauria! in campis militum tanaicensium (Henning); in desertis volgensibus! cumanensibus! et in campis inter fluvios Wolga et Ural! in campis Caucaso adjacentibus! et in locis siccis aridis versus mare Caspium! in provinc. Lenkoran! in Iberia! et in Armenia rossica!

Mire variat altitudine et ramositate! Caulis nunc pedalis v. sesquipedalis, ramosissimus v. ramis paucioribus elongatis instructus; nunc humilior, semipedalis, in ramos paucos divaricatos divisus; interdum simplicissimus et monocephalus. Variat etiam indumento densiore v. rariore, foliorum latitudine ut et capitulorum forma et magnitudine; calathidia enim nunc (præsertim in hortensi planta) ovato-subhemisphærica, nunc oblonga, imo cylindracea; sed squamæ semper glaberrimæ, intimæ elongatæ radiantes. Ovarium (v. potius tubus calycis) florum fœmineorum haud semper glaberrimum, potius setulis paucis exasperatum, in planta hortensi apice sæpius nudum, sed in spontanea planta non raro pappo rudimentario coronatum. Corolla in floribus fœmineis bilabiata, labio superiore tri- v. bi-dentato; interdum, licet rarissime (forsan casu fortuito?) unilabiata, i. e. laciniis binis inferioribus orbata. Achænia (matura, perfecta) turbinata; lin. $1\frac{1}{4} - 1\frac{3}{4}$ longa, leviter compressa, in sicco sæpe obsolete et irregulariter angulata, paleis sæpissime 5 longitudine plus minusve inæqualibus, basi latissimis et marginibus suis se invicem obtegentibus coronata.

β. gracilius; calathidiis, floribus et achæniis paulo minoribus; pappi paleis angustioribus longitudine magis inæqualibus.

X. Annetæ Kalenicz. l. c. p. 194 (c. descr. et icone).

Hab. in montibus Talüsch (usque ad altit. 900 hexap.)! prope Derbend! in campis Caucasum adjacentibus, prope munimentum Grosnaja! prope pagum Moskowskaja et in viciniis oppidi Novoczerkask (Kalenicz.), nec non in Ucrania!; crescit quoque in agro Byzantino! in Natolia! et prope Smyrnam!

2. *X. longepapposum F. et M.* X. antherarum auriculis barbatis; paleis pappi lineari-lanceolatis corolla multo longioribus.

Hab. in Persiæ borealis provincia Aderbeidschan prope pagum Seidchodschi! locis siccis; occurrit quoque in montibus Talüsch!

Species inter *X. annuum, X. erectum* et *X. cylindraceum* quasi media, sed characteribus datis optime distincta.

Specimina persica coram habemus illis X. annui graciliora, pedalia vel sesquipedalia, valde ramosa, ramis elongatis erecto-patulis, filiformibus apice modice incrassatis et longo a calathidio intervallo aphyllis, cum caule tomentoso-canis. Specimen in montibus Talüsch lectum persicis longe humilius, vix 5 poll. altum, ramis divaricatis instructum. Folia lineari-oblonga, integerrima, mucrone crasso brevi apiculata, subtus cano-tomentosa, supra glabriora cinerascentia; caulina approximata, $1\frac{1}{2}$ poll. longa v. paulo longiora, tres circiter lin. lata; ramea minora mucrone longiore apiculata; summa, ad ramulorum basin, minuta, squamæformia. Calathidia subcylindracea, forma fere ut in X. inaperto L.; squamis quoad consistentiam et formam illis periclinii X. annui similibus, sed dorso plus minus pubescentibus; intimis elongatis et (ut videtur) erectis, in speciminibus persicis albis cum ungue viridi, in specimine

talüschensi roseis. Flosculi fœminei in ambitu perpauci, structura ut in X. annuo; corolla unilabiata, 2—3 -dentata; ovarium filiforme, puberulum; stylus longissimus apice incurvus et stigmatibus 2 vix distinctis terminatus. Flosculi hermaphroditi 10 — 15, illis X. annui simillimi. Pappus corolla multo longior: paleis 5 hispidis, subæqualibus, lineari-lanceolatis, sensim acutatis, non, ut in X. annuo et X. erecto e lata basi abrupte acuminatis et quasi caudatis, potius illis Chardiniæ similibus, at angustioribus et tenuioribus. Clinanthium pro more generis paleaceum: paleis sublinearibus ovario longioribus, corolla semper brevioribus.

3. *X. erectum Presl.* X. antherarum auriculis setosis; paleis pappi ex ovata basi caudato-acuminatis longitudine corollam æquantibus.

X. erectum Presl. Delic. prag. p. 106.

X. inapertum Gay (non Linn., neque forsan Willd.) l. c. p. 360 tab. 7. fig. 2 (excl. syn. Linn. sp. pl. et Willd. sp. pl.?) c. ampla synonymia, optima descript. et figur. nitidiss. (præter achænior. formam); Reichenb. Iconogr. bot. VII p. 20 (excl. syn. Linn. et Willd.?) fig. 863 (bona); Kaleniczenk. l. c. p. 191 (excl. syn. Meyer. Enum.); Gaudin l. c. p. 387 (excl. syn. pl.); Tenore Syll. pl. fl. Neapolit. p. 423.

X. incomptum Cass. l. c. p. 115.

X. inapertum Haller Enum. stirp. helv. p. 709 (excl. syn pl.) tab. XXIII.

Xeranthemum oleæ folio, capitulis simplicibus incanum fœtens fl. purpurascente minore Moris. II p. 43 (descript., non icon.).

Hab. in Sicilia, Italia! Gallia! Hispania et in Valesia! in imperio ruthenico prope pagum Donskaja in provincia Caucasica cis montes Caucasicos hanc speciem legit acutiss. Kaleniczenkow.

Caulis pro loco natali, altior vel humilior, ramosus vel simplicissimus. Folia majora vel minora. Calathidia nunc majora multi — (circiter 40 —) flora, nunc minora floribus paucioribus instructa. Flosculorum fœmineorum labium superius bi- vel tri-dentatum. Achænia illis X. annui similia, sed paulo majora, 2 — $2\frac{1}{2}$ lin. longa; $\frac{3}{4}$ lin. lata; apice vix marginata. Paleæ pappi inæquales; 2 sæpe elongatæ corolla achænioque paulo longiores, reliquæ breviores; omnes basi dilatatæ (paleis X. annui tamen angustiores), apice caudato-acuminatæ et setulis minutis exasperatæ.

β Achæniis margine angustissimo crenulato coronatis.

X. inapertum Meyer Enum. pl. cauc. casp. p. 64 N° 509.

Hab. in montibus Talüsch! locis siccis lapidosis.

Planta persica a simillimo genuino X. erecto achæniis brevioribus, apice corniculis 5 parvis subcartilagineis fuscescentibus cum paleis alternantibus auctis pappoque breviore differre videtur. An species distincta?

II. Xeroloma.

Periclinii squamæ muticæ. Stylus flosculorum fœmineorum inclusus. Pappi paleæ 10 (interdum 8 v. 12).

Xeroloma Cassini l. c. p. 120 (descr. opt.); Kalenicz. l. c. p. 197.

4. *X. inapertum Linn.* (*). X. antherarum auriculis setosis; paleis pappi ex oblonga basi caudato-acuminatis corolla vix brevioribus.

X. inapertum Linn. sp. pl. ed. I (1753) p. 858; ed. II p. 1201 (excl. syn. Halleri); Willd. sp. pl. III p. 1902 ? (excl. syn. pl.); Bieb. fl. taur. cauc. II p. 302 (excl. syn. pl.); III p. 568.

X. fœtidum Mönch. Meth. plant. (1794) p. 582.

X. cylindraceum Sibth. Sm. Prodr. Fl. græc. (1813) N° 2046; Gay. l. c. p. 362 tab. 7 fig. 3 (c. ampla synonym., descript. bona et iconibus nitidiss., præter figur. corollar. fœminear.); Gaudin. l. c. p. 389. Tenore l. c. p. 433; Reichenb. Iconogr. bot. VII p. 19 fig. 862 (bona); Kalenicz. l. c. p. 197.

X. cylindricum Spr. Syst. veg. III p. 485. Meyer Enum. l. c. p. 63.

Xeroloma fœtidum Cassini l. c. p. 121.

Xeranthemum incanum fœtens, flore minore Moris. sect. 6. tab. fig. 1. (quoad icon.)

Hab. in Gallia! Valesia! Italia! Hungaria! in Olympo Bithyniæ (Sibth.), prope Smyrnam! et in Persia boreali! Crescit etiam in campis siccis meridionalibus Imperii ruthenici, e. g. in Tauria! in desertis Cumanensibus! in Iberia! in montibus Talüsch (usque ad altit. 700 hexap.)!

(*) Nous croyons devoir conserver à cette plante l'ancien nom de Linné, vû que la description courte mais caractéristique de Linné ne peut être appliquée à aucune autre espèce. Nous sommes à ce sujet entièrement de l'opinion de Cassini (l. c. p. 121.).

Caulis modo ramosus vel ramosissimus, modo simplicissimus monocephalus. Calathidia illis X. annui et X. erecti minora, angustiora et floribus paucioribus instructa, cæterum in variis speciminibus magnitudine varia. Squamæ periclinii dorso plus minusve tomentosæ, nunc obtusissimæ rotundatæ, nunc acutatæ. Corolla flosculorum fœmineorum plerumque irregulariter tri-vel quadri-fida, rarius bilabiata: labiis subæquilongis superiore profunde trifido, inferiore bifido. Achænia illis X. annui et X. erecti majora, forma tamen omnino similia vel parum diversa, nervis circiter 50, pellicula nigra occultis, longitudinaliter notata, paleis 8—12 (plerumque 10) inæqualibus coronata.

Chardinia Desf.

Desf. l. c. p. 455. tab. 21. Gay. l. c. p. 365. Lessing. l. c. p. 15. Cassini l. c. p. 123 (descr. opt.).

Calathidia inermia. *Flores fœminei* fertiles: corolla tubulosa, 3-v. 5-dentata; stigmata distincta; achænia ala cincta, facie carinata, alis carinaque apice in cornua elongatis. *Flores hermaphroditi:* filamenta monadelpha; achænia turbinata, paleis 10 (interdum paucioribus vel numerosioribus) coronata.

1. *Ch. xeranthemoides Desf.* Desf. l. c. p. 456. tab. 21 (icon. haud omnino bona); Gay. l. c. p. 366. tab. 8 (cum perampla synonym, bona decript. et nitidiss. figur.); Meyer, Enum, l. c. p. 63. N 511.

Hab. in Caria! in Syria, inter Halep et Bagdad, in Armenia. Crescit in regionibus maxime meridionalibus Imperii ruthenici, in Armenia ruthenica! et in montibus Talüsch!

Herba annua facie Xeranthemi, tomentoso-canescens, foliis sparsis oblongis subintegerrimis; calathidiis 6—10 -(interdum 2—3-) floris; squamis glabris subherbaceis scarioso-marginatis erectis, nullis radiantibus; clinanthio paleaceo; paleis indivisis vel bi—tri-fidis partitisve; corollis flosculorum hermaphroditorum ima basi ampliatis viridibus; antherarum auriculis obsoletis; ovariis setulis clavatis hispidis et basi pilis bilobis cinctis.

La description médico-topographique de la ville et du district d'Ékatherinbourg par M. Uspensky est un travail intéressant sous plusieurs rapports; quant à la partie botanique, voici les observations qu'elle nous a suggerées.

1. Le catalogue des plantes présenté par M. Uspensky est extrêmement incomplet; l'auteur donne les noms de 443 espèces seulement, parmi lesquelles il s'en trouve beaucoup de cultivées. Il est bien à regretter que la flore des Monts Ourals ait toujours été négligée; il en résulte que tous les matériaux réunis jusqu'à présent, ne suffisent pas pour donner un tableau tant soit peu complet de la végétation de ces montagnes, mais nous croyons n'être pas dans l'erreur en pensant, que M. Uspensky n'a mentionné dans sa liste que tout au plus la moitié des phanérogames croissant sauvages aux environs d'Ékatherinbourg et à peu près $\frac{1}{10}$ des Cryptogames.

2. M. Uspensky a admis dans sa nomenclature beaucoup de plantes cultivées sans les avoir distinguées par une marque particulière; on reste par conséquent dans le doute, si l'on doit considérer certaines espèces comme étrangères à la contrée ou comme réellement indigènes.

3. Un assez grand nombre d'espèces sont évidemment mal déterminées; nous mettons dans cette catégorie:

Salvia pratensis (an S. desertorum?)
Valeriana saxatilis
Bromus alopecuroides
Phleum asperum
Rubia tinctorum
Gentiana auriculata
Hyoscyamus albus
Lonicera Caprifolium (peut être cultivé?)
Bunium Bulbocastanum (probablement Chærophyllum Prescottii DC.)
Bupleurum longifolium (ou B. aureum).
Saxifraga rotundifolia
Rubus Dalibarda
Rosa arvensis
Anemone umbellata (assurément A. narcissiflora).
— narcissifolia (certainement la même).
Ranunculus plantaginifolius
Dentaria pentaphylla
Sisymbrium Nasturtium
— sylvestre
Carduus nutans
Gnaphalium Stœchas
Carex repens (seulement 3 espèces de Carex).
— rivularis
Parietaria officinalis
Pinus Cedrus! (P. Cembra).
— Picea (Abies sibirica Ledeb.)
Mercurialis annua (peut être Mercurialis perennis).
Adiantum Capillus Veneris
Asplenium Scolopendrium.

4. L'auteur cite enfin des noms entièrement inconnus aux botanistes au point qu'il est souvent impossible de deviner quelles plantes M. Uspensky a voulu désigner, p. ex.:

Agrostis paniculata
Aira spica (an A. spicata?)
Alopecurus uralensis
Campanula ranunculoides (an Camp. rapunculoides?)
Gentiana rubra
Lithospermum majus (an L. officinale?)
Atriplex mollis
« Rubra et alba (des variétés d'Atriplex hortensis?)
Agrimonia major
Ranunculus moschatus
Stœchys major
Brassica laciniata
« rubra
« viridis
« azurea (probablement des variétés de Brass. oleracea?)
Medicago vulgaris
Hieracium accipitrinum.

Nous sommes tentés de croire que M. Uspensky ne s'est jamais occupé de la botanique que d'une manière très-secondaire et qu'il n'a admis le règne végétal dans son ouvrage qu'afin qu'il comprît toutes les productions naturelles du territoire qu'il a embrassé dans sa description. Si, continuant ses recherches, il a l'intention de donner à son premier travail toute la perfection dont il est susceptible, nous osons l'engager, quant à la botanique à rassembler avec soin toutes les plantes croissant spontanément dans les environs d'Ekaterinbourg et à se remettre en rapport avec d'autres botanistes pour les déterminer.

Agréez, Monsieur, les expressions de la considération la plus distinguée.

F. G. L. Fischer.
C. A. Meyer.

St. Pétersbourg,
le 15 Décembre 1835.

Iconum Explicatio.

Fig. a. Calathidium (magn. nat.).
Fig. b. Squamæ ejusdem Calathidii (bis in diam. auct.)
Fig. c. Flos fœmineus (4ter in diam auct.)
x. Corollæ apex.
xx. Styli apex (magis auct.)
Fig. d. Paleæ clinanthii (4ter in diam. auct.)
Fig. e. Flos hermaphroditus (4ter in diam. auct.)
Fig. f. Corolla floris hermaphroditi (8ies in diam. auct.)
Fig. g. Achænium (cum corolla) (4ter in diam. auct.)
Fig. h. Idem, transverse sectum (4ter in diam. auct.)
Fig. i. Idem, pellicula exteriore denudatum (8ies in diam. auct.)
Fig. k. Stigmata a latere visa (28 in diam. auct.)
Fig. l. Stigmata a dorso visa (28 in diam. auct.)
Fig. m. Antherarum apex et basis (28 in diam. auct.)
Fig. n. Pappi palea in fronte visa (8ies in diam. auct.)
Fig. o. Paleæ partes a tergo visæ (28 in diam. auct.)
Fig. p. Ejusdem paleæ partes in fronte visæ (28 in diam. auct.)
Fig. q. Apex et basis setulæ, quibus achænia vestita sunt (magn. 450 in diam. auct.)
x. Sectio transversalis ejusdem setulæ (450 in diam. auct.)

TABLE


DES

MÉMOIRES CONTENUS DANS LE QUATRIÈME VOLUME DES NOUVEAUX MÉMOIRES.



Cicindela 1. persica; 2. Sturmii; 3. Cymindis Andreae.
4. Ditomus chalybeus. 5. Procrustes Fischeri.
6. Cychrus signatus.
Carabus 7. parallelus; 8. Scovitzii; 9. Roseri.

Al. Zetter fec.



Carabus

1. Boschniakii; 2. Bohemanni; 3. Hollbergii, Mannerh.

4. armeniacus, Mh. 5. Humboldtii; 6. Riedelii Ménétr.

7. Stevenii, Mtr. 8. Biebersteinii, Mtr.



Nebria. 1. *Fischeri Fald.* 2. *caucasica. Ménétr:* 3. *Faldermanni. Mtr.*

Pelobatus, 7. *costipennis;* 6. *aureolus;* 8 *lugubris;* 5. *chalceus, Fald.*

9. *Heros, Mannerh.*

4. *Pterostichus Schönherri.*



1. *Microderus robustus* Fald.
Pristonychus 2. *pretiosus*; 3. *gratus*; 4. *hepaticus*.
5. *Orectochilus involvens*; 6. *Acmaeodera inamoena*.
Capnodis 7. *Henningii*; 8. *Mannerheimii*.

Tab. V.



1. *Erythyria oblita.* 2. *Anthaxia bicolor.*
Sphenoptera 3. *rugulosa*; 4. *cribrata*; 5. *cuprifrons* 6. *Szovitzii*; 7. *excavata*.
8. *Synaptus erivanus.* 9. *Cratonychus Menetriesii* Dej.



1. *Cordiophorus pictus*; 2. *C. megathorax*. 3. *Drasterius permodicus*.
4. *Luidius Eschscholtzii*. 5 *Dolopius decorus*. 6. 7. *Lampyris orientalis*
8. *Cantharis pulchra*; 9. *C terminata*; 10. *C. brevipennis*.

Tab. VII.



1. *Malachius* versicolor; 2. *M. Faldermanni* Dej: 3. *Trichodes* Zebra.
4. *T. Sipylus* F.; 5. *Ptinus* sex signatus; 6. *Pt.* hololeucus.
7. *Trox* asiaticus. 8. *Onthophagus* circumscriptus, Dej. 9. *Silpha* cribrata.
10. *Scarabaeus* Caminarius. 11. *Trigonostoma* discolor.



1. *Anisoplia signata.* 2. *A. campicola. Esch.* 3. *Tanyproctus carbonarius.*
4. *T. persicus.* 5. *Ancylonycha rustica.* 6. *Rhisotrogus tataricus.*
7. *Omaloplia punctatissima.* 8. *Pachymerus micans.*
9. *Amphicoma chalybea.* 10. *A. chrysopyga.* 11. *A. distincta.*




1. *Gneorimus subcostatus*, Ménétr. 2. *G. Bartelsii*.
3. *Cetonia speciosa* Ad. 4. *C. albilatera*. 5. *C. Godetii*, Dej.
6. *C. circumdata*.
7. *Amphicoma lineata*, Oliv. ?




Cetonia

1. armeniaca, Mannerh.; 2. splendidula 3. Exclamationis; 4. Vidua, Dej.; 5. excavata; 6. asiatica; 7. squamosa, Dej. 8. Korinii.




a. A. *Pselaphus acuminatus*; b. B. *Briaxis nodosa*; c. C. *Br. furcata*.
d. D. *Br. spinicoxis*. e. E. *Bythinus crassicornis*. f. F. *B. longipalpis*.
g. G h. H *Byth. ibericus*. i I *Euplectus piceus*.
K *Endomychus armeniacus*. l. *Lycoperdina apicalis*.
m. M. *Dapsa trimaculata* Koll. n. N. *D. limbata*.



Xeranthem. annuum.
X. annuum β
X. longepapposum
X. erectum.
X. inapertum.
C. A. Meyer del.
J. C. W. Rohde grav.

Chardinia xeranthemoides



C. A. Meyer del.   J C W. Rohde grav